TABULAM VERAE PROSAPIAE TRIUM ORDINUM...

Cleto Calcagni

Digitized by Google

32
10 H
19

32. 10. H. 19

A

Volume ritrovato il giorno della chiusura della Biblioteca dietro uno scaffale e però non registrato nel catalogo.

Roma 16 luglio 1880 —

Francesco Carta

Sorighetto Giovanni

A P R O S A
M V L I E R V M T R

S. P. D. F R A N C I S C

N C I A M A R C H I Æ O R I

V I S V I R T V T I B V S, E T P R Æ S E N T I A C O N D



A P I E S

R VM ORDINVM

(I

I GINEM TRAXERVNT;

NI ECORARVNT.



IN ROMA

) ÆSINO

ATORE GENERALI, ET AD PRÆSENS
ANO GVARDIANO
ODEM

O.

O IVSTO
T LECTORI GENERALI.

IEPISCOPI

E.

RIONEM

ENS IN ROMANA
O.

iitatem, ac præſtantiam in hac Piceni Prouincia, &
ontendi, quo ramum proceriſſimæ arbori inſereret,
Religionem propagandam eximiæ gratificaturus, hanc
Ita enim exiſtimo, eam vti lucernam ſuper candela-
eliquum eſt, vt iuxta humanitatem tuam tantulum
Ipſeque Deus ter optimus, ter maximus te mihi, &

CA

1.

ii Anno 1263.
, & deinceps
adhuc videtur
ctiſſimè autem
crebra mira-
ait P. Arturus
19. dicit hoc
ſeditionibus
umque crea-
hidiaconum,
noſtris dypti-
ri feſtiuè ia-

orpus iacet in
74. fol. 195.
nodatus vitæ
tate inſignes,
s clarus, & à

ho tom. 1. An
qui dicunt;
rum Daniel
his percuſſus,
iſto affectus,
ligatus, capi-

ſynam peten-
ulieres, amo-
vbi ingreſſus
oſtēdunt; qui-
labefactare,
nt ad portam
d ſe tumula-
6 anno 1443.

ſettæ in carce-
et, ſeu morti
ærumnis ple-
æ fugam cum
rqueri, ideò
. Memoratur
ciſco Piqueto

orum publicè
Iahumetu, vt
; quibus ver-
Monaldo de
o 1288. me-
lib: 5 c 13; a
quorum reli-

m, vbi cepit,
viribus inten-
Chriſtanos, B.
: ann. 1340.
nibus. Iacet

rmenta paſ-
hus tom: 2.

ticis Græcis
yrio trium-
ciſcano.
ſione Fidei
n aſſereret,
ibus a Sa-
nghus

SACRA, ET HONORIFICA REGIA.

SANCTI APPROBATI

1 SAnctus Beneuenutus Anconitanus, Epiſcopus Auximi Anno 1263. ante admiſſam dignitatem vota emiſit Minorum, & deinceps eorumdem veſtem palam geſtauit perpetuò, quæ adhuc videtur inter Sacras Reliquias Auximanæ Eccleſiæ: ſanctiſſimè autem mortuus eſt 11 Kal. Aprilis Anno 1276. quem ob crebra miracula Mart. 1111 Sanctorum numero adſcripſit, ita ait P. Arturus 22 Martij, & P. Vualdinghus tom. 2. Anno 1263. § 19. dicit hoc anno reſtituit Vrbanus Auximatibus dignitatem Epiſcopalem, qua in ſeditionibus Federici 2. filiorumque, quibus adherebant priuati fuerant, Epiſcopumque creauit S. Beneuenntũ de Scotolinis minoritam Anconitanum, prius Archidiaconum, & Marchiæ Rectorem; & anno 1276. § 3. dicit, cur non miremur in noſtris dypticis non commemorari celeberius, & in noſtro sodalitio non celebrari feſtiuè; iacet Auximi in Eccleſia Cathedrali.

2 Sanctus Liberatus de Loro Confeſſor, nobili genere ortus, cuius Corpus iacet in Conuentu ſub eius nomine dicato. P. Vualdinghus tom. 4. anno 1374. fol. 195. §. 24. dicit, loquendo de Conuentu Sancti Liberati; locus eſt accomodatus vitæ contemplatiuæ, & virtutibus exercendis Prodierunt ex eo viri pietate inſignes, inter quos emicuit F. Liberatus clariſſimis ortus natalibus, miraculis clarus, & à quodam Summo Pontifice Sanctus appellatus.

3 Sanctus Nicolaus de Saſſo Ferrato Martyr memoratur à P. Vuandingho tom. 1. Anno 1221: in quo martyrium recepit § 36. & à P. Arturo 13. Octobris, qui dicunt; apud ceptam in Mauritania Singitana paſſio Sanctorum ſeptem Martyrum Daniellis, &c. & Nicolai à Saſſo Ferrato; qui cum alijs à Saracenis colaphis percuſſus, & flagellis cæſus, opprobrijs illuſus, & diuerſis contumelijs pro Chriſto affectus, ad vltimum ſuis habitibus expoliatus, ac nudus, manibus poſt terga ligatus, capite plectitur 10. Octobris.

MARTYRES CHRISTI.

1 BEatus Frater quidam Anonymus, cum ex obedientia ad eleemoſynam petendam intra Ancõitanam Vrbem acceſſiſſet, quædam impudicæ mulieres, amore eius pulcritudinis, & iuuentutis captæ, illum ad ſe euocantes, vbi ingreſſus pro eleemosyna capienda, Ianuas claudẽtes, nefarium deſiderium oſtẽdunt; quibus reſpondens, ſe malle mori quàm Deum offendere, & caſtitatem labefactare, ab eis præfocatus eſt, illiusque Corpus ſequenti nocte detulerunt ad portam Conuentus; quod cernentes Religioſi, illud condigno honore apud ſe tumularunt. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi part: 3. Cronic. lib. 1 c. 56 anno 1443. Iacet Anconæ.

2 B. Frater Frãciſcus a Chriſto Picenus ob impugnãtiam Mahumeticæ ſettæ in carcerem conijcitur, varijſque modis tentarus, vtquæ dixerat, retractaret, ſeu morti ſtatim obiret, intrepidè dixit ſeruus Dei. Volo potius vitam iſtam ærumnis plenam perdere, & eternam comparare, quam propter temporalis pænæ fugam cum Mahumete veſtro in Infernum demergi, & perpetuis cruciatibus torqueri, ideò glorioſo agone coronatus fuit 5. Iulij anno 1369. Damiatæ in Egypto. Memoratur a' P. Vuandingho tom 4. § 10 ann. 1369. a Æoſſignano lib. 2 a Franciſco Piqueto in Cathal. Mar. ord. Min. & alijs ſcript.

3 B. Frater Franciſcus à Petriolo firmanus in Arzinga Ciuitate Saracenorum publicè fidem Criſti prædciauit; aſſerens, non niſi in ipſa poſſe, ſaluari, & Mahumetu, vt falſum Prof. deteſtando, & legem eius iniquam eſſe, ac damnabilem; quibus verbis irritati Saraceni, mille vulneribus eum confodiunt; ſicque cum Monaldo de Ancona, & Antonio de mediolano ad Cælum euolauit 2 Martij anno 1288. memoratur a' P. Vuandingho tom 2. §. 36; a P. Marco Vlyſſipon: par 2 lib: 5 c 13; a Gonzaga: par: prima; a S. Antonino 3. par: hiſt: tit: 24. c. 9. § 10; quorum reliquiæ apud Armenos maxima cum reuerentia aſſeruantur.

4 B. Frater Gentilis à Matelica zelo fidei accenſus, traiecit in Ægyptum, vbi cepit, in prædicatione euangelij laborare, & conuerſioni infidelium totis viribus intendere; cumque Saraceni, multos ex ſuis cernerent, illius opera fieri Chriſtanos, B. Gentilem pluribus tormentis affectum, occiderunt quinta Februarij: ann. 1340. apud Turingam in Perſide Ciuitatem ita ait Pr. Arturus in annotationibus. Ia cet Venetijs in Eccl. S. Franciſci.

5 B. Frater Monaldus de Ancona cum B. Fran. de Petriolo in eadem tormenta paſſus eſt, vt ſupra diximus in Arzengha 2. Martij. Idem P. Vuandinghus tom: 2. num: 36. Ann: 1288.

6 B. Frar. Nicolaus de Marchia pro Confeſſione ortodoxæ fidei ab Hæreticis Græcis compræhenſus per fruſtra conciſus, atque diſcerptus, glorioſo martyrio triumphauit 12: feb: ann: 1369: Bidini ita P. Arturus in Martyrologio Franciſcano.

7 B. Frater Thomas à Tolentino ſenex venerandæ canitiei, qui in defenſione Fidei multum laborauit, cumque prædicaret Fidem Chriſti; & Mahumettum aſſereret, Filium perditionis eſſe primò in igne proiectus, poſtea diuerſis cruciatibus a Saracenis occiſus fuit 13 Aprilis an: 1321; ita aiunt P. Arturus, & P. Vuandinghus tom: 3. §. 7. an: 1321:

8 V. B. Pater Ioannes Baptiſta à Monte Barocchio dum eſſet Vicarius Patriarcha

in Hyeruſalem, & Guard. ; pro confeſſione Fidei a Turcis decollatus fuit an: 1617 ita ait P. Gaſparrinus in annot: manu ſcriptis Prouinciæ Marchiæ

9 V. P. Frater Iacobus de Sarnano ſtrict: obſ: ex Marchiæ Prouincia natiuus, ſed alumnus Prouinciæ Romanæ Reformatæ in Albania pro cõfeſſione veræ Fidei occiſus fuit; An. 1640 Memoratur á P. Gaſparr. in annot: prouinciæ Marchiæ.

10 V. P. Frater Saluator de Offida ſtrict: obſ. Fr. Romanæ Prouinciæ in Albania pro confeſſione veræ fidei occiſus fuit. An: 1640 ita P. Gaſp: vt ſupra. Vid. etiam pag. 39. n. 19.

CONFESSORES DOMINI.

1 BEatus Adamus de Firmo. obijt ann: 1285. 21. Maij; de quo P. Arturus in Mart. franciſcano ita ait: B. Adamus de Firmo fuit Concionator famoſiſſimus, qui prædicando, Hirundinibus ſilentium impoſuit, & a lupo ad rectum iter, quod amiſerat, ſecurè, deductus eſt, & a P. Vuadingho memoratur tom: 1; annal: minor: Ann: 1238. §. 11: Iacet Firmi.

2 B. Albertus á Coſignano obijt An: .... memoratur a P. Arturo 1 Martij, vbi ait, ſignis admirandis, & meritis eximijs celebris deceſſit. Iacet Murri Vallium.

3 B. Amatus de Ancona floruit an: 1289. memoratur a P. Arturo 8: Feb: & a P. Vuadingho tom: 2: an: 1289: §: 27: & 45: vbi inter alia dicit. Dum in feretro iacebat, plura perpetrauit miracula. neſcio an iſte B. ſit ille, qui depictus eſt in tabula quæ extat in eccleſia S. Franciſ: Forani; vbi vocat eum in diſcriptione B. Amatus de Monte Fano dum nemo ex noſtris Scriptóribus, mentionem faciat de iſto B. Amato de M. Fano.

4 B. Angelus Clarenus de Cingulo obijt 1340: memoratur a P. Vuadingho pluribus in locis annal: & a P. Arturo 26: Aprilis, vbi ait, ſcientia, & pietate multos ad pœnitentiam, euangelizando, conuertit, non nulla opuſcula edidit, denique vitæ ſanctitate obijt. Iacet Neapoli.

5 B. Angelus Picens Laicus vixit circa an: 1595; memoratur à Barezzo par 4: Chron: lib: 10: cap: 20; & a P. Arturo 17: Iunij; qui ait, ad tantum virtutis gradum peruenit, vt niſi neceſſitate corporali præpeditus fuiſſet, Angelus in carne degens, credi, potuiſſet. Iacet Montis Reati.

6 B. Anonymus, de quo P. Vuadinghus tom: p: fol: 516: n: 10: an: 1234. dicit loquendo de Conuentu Sancti Liberati. Iacet ibi alius Vir tantæ contemplationis & extaſis, vt ſemper Deo inherere, videretur; In infirmitate meruit a B. Virgine conſolari, & confortari: Iacet in Sanc: Liberato.

7 B. Antoninus de Vrbino Tert: qui vitam duxit eremiticam, obijt miraculis clarus; memoratur a P. Arturo 6 Feb: & a Marco Vlyſſipon: 3. p: lib: 1. c. 50. ann: 1418: Iacet Vrbini.

8 B. Antonius de Marchia, dictus de Strunconio, quia ibi habitum ſumpſit; memoratur a Gonzaga 2. p: a Marco Vlyſſip. 3. p: c. 30. an: 1464; & a P. Arturo 9. Nouembris, vbi ait virginitatem in contaminatam cuſtodiuit, & prophetiæ dono illuſtratus fuit, cuius vita Sanctiſſima, & mors in coſpeſtu Domini precioſa multis miraculis acclamatur. Iacet Aſſiſij.

9 B. Bartholomæus de Offida obijt an: 1571; memoratur à Barezzo lib: 5. c: 24; & a P. Arturo 26 Decemb: vbi dicit, mira ſanctit; ac religione exornatus, quieuit in Domino. Iacet apud Montem Sanctum. Vd.

10 B. Bartholomeus de Fabriano I. V. D. in ſeculo, in Religione floruit an: 1500 memoratur à Marco Vlyſſip: 3: p: lib: 7 cap: 19: an: 1508, & à P. Arturo 9 Nouembris vbi ait, pietate, oratione, ac Corporis caſtigatione, vitæque perfectione, ac cæterarum virtutum norma effectus eſt; Venit ad ord. ex vna Concione B. Petri de Molleano, Iacet in Prouincia Sancti Bernardini in Con. Sácti Andreæ Theatis.

11 B. Benedictus de Camerino floruit an: 1380; memoratur à P. Vuadingho to: 4 § 1: an: 1384; & a P. Arturo 22 Septembris, qui dicunt, quod fuit vir vitâ, & prodig: inſignis. Iacet Peruſiæ.

12 B. Bentiuolus de Sancto Seuerino nobili genere ortus floruit an: 1288; memoratur à P. Vuadingho tom: p: § 20; & 21: an: 1232. obijt miraculis clarus in loco Sancti Seuerini ad cuius Cadauer contrectandum cum vndique Populi accurrerent, multi Infirmi ſalutem, ſurdi auditum, cæci viſum, Paralytici membrorum vigorem mirabiliter recuperarunt, & P. Arturus 18: Feb: dicit quod fuit Concionator eximius, & ſignis, operibus, ac orationis contemplationiſque dono enituit. Iacet Sancti Seuerini in Eccl. P. P. Conuent.

13 B. Beneuenutus de Ræcineto laicus floruit ann: 1256. memoratur à P. Gonzaga part.: p: & à P. Vuadigho tom: 2. an: 1299. § 29: & P. Arturus 5. Feb. ait, fuit mira pietate, & Signorum claritate Vir. Iacet Recineti.

14 B. Bernardus Anticus de fabriano memoratur à Marco Vlyſſipon: 3 p: lib: 1. c: 38 ad an: 1481; & à P. Arturo 5 Auguſti; qui dicunt, Vir religioſiſſimus fuit, pietati, & orationi maximè deditus, vitæ auſteritate, & ciborum parſimonia, nec non ieiunio, & abſtinentia præſtans, caſtimoniam cum Dei timore cautè excolebat diei ſuæ mortis præſcius ſepulturam ſibi parari curauit, poſtea morte appropinquãte decidit in lectum, & octogenarius deceſſit è vita. Iacet Camerini in Eccleſia Fratrum Min; memoratur etiam à P. Vuadingho tom: 5; ad an: 1422: §. 2

15 B. Bonacura de Fabriano memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad an: 1268. § 3; qui dicit, quod fuit Guardianus; Cuſtos, & Viſitator Pauperum Dominarum; ſeu Clariſſarum, & a P. Arturo 20. Maij, dicente, quod doctrina, & ſanctitate claruit in Conu: Fab: vbi deceſſit.

16 B. Bonauentura di Firmo memoratur à Marco Vlyſſiponenſi ſuper lib: 9. c. 40. ſub an: 1538; & à P. Arturo 18 Septembris, qui dicit in annot; Nobilis hic vir Sa: Relig: ingreſſus, ad magnam peruenit perfectionem; abſtinentiæ erat incredibilis, plures quatrageſimas per annum ieiunabat, paupertate gaudebat Euangelica, orationi ſedulo vacabat; fuit Prædicator egregius, & deceſſit è vita in Con. P. P. obſeruantiæ in Ciuitate Firmana, cuius Corpus incorruptum ad latus Maioris Altaris Eccleſiæ aſſeruatur, & plurimis miraculis a Deo exornatur.

17 B. Compagnus, cuius Patria neſcitur, memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad an:

1289. §. 29. fol 561;& à P. Arturo 6. Feb; qui ait, quod fuit ſanctitate clarus. Iacet Recineti.

28 B. Corradus Aſculanus obijt an: 1289; memoratur à P. Arturo 5. Iulij, & à P. Vuadingho in addit: tom: 2. § 32. in proceſſum compactum prohoc B. Viro, canonizãdo, qui duos mortuos reſucitauit, & horam ſuæ mortis predixit, Sãctiſſime que obtij. Iacet Aſculi in Eccleſia P. P. Conuentu.

29 B. Corradus de Offida obijt an. 1306. il loco Baſtiæ, memoratur à P. Arturo 12. Decembris vbi ait, Prædicator egregius extitit, & vitæ Sãctitate inſignis, orationi, & contemplationi intentus, B. Deiparæ, & Angelorum, aliorumque Sanctorum, præcipue B. Egidij, Diui Franciſci viſitationibus ſæpe fruebatur; Quinque mortuos ſuis præcibus a Deo factis ad vitam reuocauit, & quaſi innumera miracula in vita, & poſt mortem edidit, & à P. Vuadingho pluribus in locis, & præcipue tom. 3. fol: 48. n. 1. 2. 3; vbi inter alia dicit. Hic B. Corradus habuit Eundem Angelum Cuſtodem, qui prius cuſtodiam exercebat Sancti Patriarchæ, & cum hoc ſæpiſſimè, & familiariter colloquebatur, nec non cum Chriſto Saluatore, & cum Deipara Virgine. Iacet Peruſiæ, vbi Corpus eius trans latum fuit in Eccleſia Sancti Franciſci.

20 B. Carolus de Monte Feltrio Tert: memoratur à P. Arturo 24. Nouembris, & a P. Gonzaga part: p. vbi ait, quod fuit vir virtutibus inſignis. Iacet in Piceno.

21 B. Creſſinbene de Fabriano memoratur a P. Vuadingho tom: 2: ad an; 1268. §. 3. & a P. Arturo 13. Octobris, dicentes, quod fuit I. V. D; & probus Iudex in ſeculo, a quo euocatus ad ordinem per miraculum; recenſetur inter illos pios viros, qui Fabriani doctrina, & Sanctitate claruerunt. Iacet Fabriani.

22 B. Damianus de fabriano memoratur a P. Vuadingho tom: 2. ad an: 1268. fol. 308 §. 3; & à P. Arturo 5. Iulij, dicens, floruit pietate, & inter præcipuos viros doctrina, & ſanctitate clarus. Iacet Fabriani.

23 B. Dominicus à Monte Vlmi floruit an: 1292. memoratur à P. Gonzaga p. part. à P. Vuadingho tom: 2. ad an: 1292. § 28; & tom: p. ad an: 1241. §. 23; vbi dicunt, B. Dominicus quidam glorioſus iacet in loco Sancti Martini Prouinciæ Marchiæ in Cathedrali Eccleſia miraculis celebris, & P. Arturus 27 Ianuarij dicit; humilitate profundiſſima firmatus, miraculis quam plurimis fuit a Domino ſublimatus. Iacet Sancti Martini in Piceno.

24 B. Dominicus de Sancto Seuerino, dictus de lioniſſa obijt an: 1497. memoratur à P. Gonzaga p: 2 a Marco Vlyſſipon: p: 3. ſuper lib: p. c. 42; & à P. Arturo 20 Aprilis, qui dicit, eum eſſe de lioniſſa. Dominici lionenſis Confeſſoris, qui ob præclaras virtutes, ſepties Miñor Prouincialis Marchiæ effectus, toties mira prudentia, pietate, claritate, ſanctitate, atque ſignis admirandis refulſit. Iacet Vrbini in Monaſterio Sanctæ Claræ ſub ſummo Altari.

25 B. Donatus de Vrbino memoratur à P. Arturo 24. Iulij, qui in annot: dicit, quod quinquies Miniſter Prouícialis Marchiæ electus fuerit, & à Marco Vlyſſipon. ſuper lib: 7: c: 39: ad an: 1504; qui inter alia dicit, orationis amantiſſimus erat, & puritatis, & tanta vitæ innocentia adornabatur, vt aues quoq. inter manus eius familiariter volitarent. Iacet Vrbini,

26 B. Franciſcus de Caldariola, Concionator extitit feruentiſſimus, àc deuotiſſimus; memoratur ab Arturo 12. Setẽbris, vbi ait, pietate, ſcientia, ac zelo ſalutis animarum plenus, miraculis etiam frequentatis illuſtrior euaſit. à P. Vuadingho tom: p. ad an: 1215. §. 27; & à Marco Vlyſſip: 3: part: lib: 8. c. 26: ad an 1507; vbi dicit, quod quotidie fere concionabatur, pernoctabat in oratione, ſiue vocali, ſiue mentali, pænitentium magno cum ſalutis amarum profictu confeſſiones audiebat, in conciliandis litibus peculiarem induſtriam habebat; Denique obdormiens in Domino clariſſima lux, hora ſui obitus oborta cæteris apparuit exindeque ingenti Populi frequentia ſepultus eſt in Conuentu Colfani, Dięceſis Camerini vt dicit Gonzaga 2: part: & vt clarè videtur in dicta Eccleſia ſuum Corpus expoſitum, vbi ob crebra miracula, in maxima veneratione eſt.

27 B. Franciſcus à Caſtro Emilij laicus obijt an: 1468; memoratur à Marco Vlyſſipon- part: 3. ſuper lib: 5. c. 29; & a P. Arturo 3. Dicembris, vbi ait, charitate, humilitate miroque Spiritus feruore in oratione, & contemplatione reſplenduit, & à P. Vuadingho tom: 6. ad an: 1468 §. 11, vbi dicit, quod a B. Iacobbo de Marchia promotus fuit ad ſtatum clerichalem, & ad Ferrariam miſſus, vt ſtuderet, & quod in eius bracchia in Conuentu Forani deceſſit. Iacet Forani in Piceno.

28 B. Franciſcus à Caſtro Durante memoratur a P. Arturo prima Februarij, & à P. Gonzaga part: 2 in Prouincia Tuſciæ, vbi ait, Cum in Cubiculo orationi intenderet, vidit mulierem quandam per reuelationem in ſpiritu, fratribus ſumme beneficam, quæ ex quadam triſtitia inprofundum deſperationis emerſa, clauſo oſtio ſuſpendium ſibi Parabat, ad quam ex licentia Patris Guardiani accurens, eam ab huiſmodi diſcrimine protinus liberauit, grauiuſque corretta ſanæ menti reſtituit. Iacet apud Caſtiglionem Aretinum Prouinciæ Tuſciæ in Conuenctu Sancti Chriſtofori.

29 B. Franciſcus de Fabriano obijt an: 1322. ætatis ſuæ 71. memoratur à P. Arturo 20 Aprilis, vbi ait, Franciſcus Fabrianenſis Confeſſor, & Concionator eximius meritis, & miraculis inclitus, migrauit in Cælum. Iacet Fabriani in Eccleſia Sancti Franciſci Minorum Conuetualium.

30 B. Franciſcus de Fabriano ſecundus memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1268: §. 3; & à P. Arturo 6 Auguſti, dicentes, Fabriani in Marchia Anconitana B. Franciſci Confeſſoris eiuſdem Prouinciæ Cuſtodis, doctrina, & ſanctitate ſpectabilis. Iacet Fabriani.

31 B. Franciſcus de Fabriano Tertius de libera, alias Ciccus obijt ann: 1422. memoratur à P. Arturo 20. Aprilis dicens, Reformationis regularis obſeruantiæ propagator præcipuus, primus extitit Vicarius familiæ obſeruantiæ in Prouincia Marchiæ, & clarus meritis Sancto fine quieuit in Domino, & P. Vuadinghus tom: 4 ad ann: 1390. §. 3; & Iacobillus in Sanctis Fulginatibus dicunt; obtinuit hic a nobiliſſimo Heroe Chiauello Fabriani Domino, Guidonis filio exdiculam Eremitæ Vallis ſaxi quatuor mill: paſſ: a fabriano diſtantem, ijs in partibus ob Seraphici Franciſci incolatum celeberimum, tandem Vicariatus functus officio, clarus meritis, & virtutibus migrauit è vita. Iacet Eremitæ Fabriani.

32 B. Franciſcus a Piſauro dictus Ciccus Tert: obijt an: [illegible] memoratur à P. Vuadi-

gho tom: 3. fol: 572: n: 9. ad an: 1350 vbi intef alia dicit, hoc anno deceſſit propè Ciuitatem Piſauri in Monte Sanctæ Mariæ Granarij in ſenectute bona Vir Dei B. Franciſcus (vulgò dictus Chiccus) tertij inſtituti S. Franciſci, & P. Arturus 4. Augusti ait, quod fuit vita, & miraculis clarus. Iacet Piſauri in Eccleſiâ Cathedrali ſub Altare Dei Genitricis Mariæ.

33 B. Gabriel ab Æſio memoratur à P. Vuadingho tom: 4. ad an: 1399: § 33; & tom: 3 vbi dicit, virtutibus, & miraculis illuſtris obijt an: 1491; à Marco Vlyſſip: part: 3 ſuper lib: 7 c. 17: ad an: 1491, à P. Arturo 4 Iunij, vbi in annot. dicit optimis exornatus virtutibus, quamplura patrauit miracula tum in vita, tum poſt mortem. Iacet Amandulæ in Piceno.

34 B. Gabriel Ferrettus de Ancona obijt 1456. die 9 Decembris; memoratur a Gonzaga part: prima à Marco Vlyſſip: part: v. lib: 1. c. 36; & lib: 4. c. 22. 23; 24. qui dicit, ex illuſtri proſapia originem ducebat in Piceno, ſed maxima humilitate, atque patientia exemplari fulgebat; Concionator extitit eximius, orationi, ac contemplationi iugiter vacabat, tanta honeſtate, virginalique puritate ditabatur, vt quam plurimis virtutibus ſit conſolatus a Chriſto Domino, eiuſque Matre Sanctiſſima, cuius erat deuotiſſimus, neque enim aliud ſuauius, & iucundius exercitium ſentiebat, quam meditari, contemplari, loqui, ac magno cum ſpiritus feruore concionari de Regina ipſa Angelorum, cuius meritis dignatus eſt, exaudiri in ſuis orationibus, & a Deo Opt: Max: ſpiritu prophetico illuminatus eſt, & gratia miraculorum decoratus; porrò diem clauſit exſtremum an: 1456. die 9 Decembris, ſepultusque fuit Anconæ in Eccleſia antiquiori, a S. P. N. Franciſco edificata; cumque mirum in modum copioſa Populi multitudo illuc accurreret, & clamor vbique de viri Dei tranſitu reſonaret, Epiſcopus cum Clero, Magiſtratus cum magnatibus Vrbis eius exequijs interfuere, vbi coram omnibus concionem habuit B. Iacobus a Marchia, qui præclara encomia, egregia merita, heroicas virtutes, ac ingentia miracula B. Gabrielis enarrauit; Non ſolum enim in vita, morte, & poſt obitum claruit miraculis, ſed ijsdem quotidiè percrebreſcentibus. Tota Anconæ Cōunitas miſit ad summ: Pontif: Caliſtum Tertium obnixè ipſum deprecando. quatenus chatalago B. Gabrielem adſcriberet Sanctorum interimque concederet feſtum diem publicè colere, ac venerari. His auditis Præfatus Pontif: B. P. Iacobo de Marchia huiuſmodi miraculorum diſquiſitionem comiſit, qui omnia quam diligentiſſime rimatus, integrum libellum de eius morte, ac miraculis conſcripſit, illudque Pontif. Max: obtulit; quo perlecto præcepit, vt exhumatum eius Corpus in loco eminentiori, nobiliorique collocaretur, ſicut factum eſt, & per quandam feneſtrellam integrum omnino, atque imputrè adhuc conſpicitur. Iacet Anconæ in Eccleſia Sancti Franciſci ad Altum.

35 B. Gaſpar de Vrbino memoratur á Marco Vlyſſip: 3. part; ſuper lib: 8. c. 3. ad ann: 1506. vbi ait, tanta miraculorum copia claruit, vt Populi certatim ad eum confluerent ſanitatis, & curationis adipiſcēda cauſa; a Dæmonibus ſæpe fuit cum horrendis ſpectris agitatus, quos tandem (diuino ſibi aſſiſtente auxilio) deuicit, quare cœptum in bonis operibus iter proſequtus, diem clauſit extremum meritis, ac ſingulari sanctitate famoſus, cuius Corpus conditum eſt Vrbini apud Coūentum Sancti Bernardini ord. min; & à P. Arturo 6 Iunij vbi ait, Apud Vrbinum B. Gaſparri Vrbinatis Confeſſoris dono curationum illluſtris.

36 Georgius Albanenſis, ex nobiliſſima familia de Ducaginis, in terra murri Vallium vbi ſepultus iacet, ortus eſt, vt cōſtat ex aliquibus ſcripturis, quæ ſeruantur in dicta Terra. eius sanctiſſimam vitam enarrant Marcus Vulyſſip: part: 3. Chron. min: lib: 8. c. 19. & Barezzus ibidem par: 4. lib: 3. c. 24. &c.

37 B. Gerardus de Monte Sancto floruit circa annnın 1380. memoratur à Toſſiniano lib: 2; a P. Vuadingho tom: 4 ſuper ad ann: 1399. § 30; & a P. Arturo 21. Aprilis dicente. Apud Montem Sanctum in Piceno B. Gerardi de Monte &c.

38 B. Gratia à Fabriano memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1262. §. 4; & c. 268. §. 3; & a P. Arturo 2. Auguſti, qui in annot: dicit: Hic eſt, qui B. Franciſcum, vt initiaretur, inſtruxit; dum ann: 1267. cæleſti monitus oraculo, minorum ſubijt vitam; nam cum ſolitarius in cubiculo lectionib: Philoſophiæ naturalis a Magiſtro acceptis, ſerius ſtuderet, facta ad eum hæc vox tertio kal: Septembris Franciſce ſurge, quære Fratrem Gratiā Ord. Min: & quicquid tibi præſcripſerit, protinus exequere. circumſpiciens, an adeſſet, qui hæc verba proferret, neminem vidit; ſed dum iterum ſtudijs intendit, ſecundò, & tertiò ipſa eadem vox cæleſtis intonuit; prudenter cogitauit, contra ſtimulum non eſſe calcitrandum, ſed diuinis monitis obtemperandum; quare prædictum adijt P. Gratiam, Minorum tunc Guardianum apud Fabrianum, cui rem omnem ſincerè expandit, & vitæ ſuæ vniuerſam ſeriem narrauit. Præmonitus ille cælitus de ſuperuenturo Adoleſcēte, amicè accepit, vt ſub minoritarum inſtituto ſedulò Deo inſeruiret, hortatus eſt, & in Dei obſequijs viam mandatorum eiuſdem curreret alacriter piè conſuluit, quæ conſilia Adoleſceus amplexus, vale dixit Parentibus, & in Religione sanctiſſimè vitam finiuit; hinc eſt, quod ipſemet B. Franciſcus hunc B. Gratiam inter præcipuos viros, & Patres, qui Fabriani vita. & miraculis, doctrina, & sanctitate claruerint, repoſuerit, Iacet Fabriani.

39 B. Gratianus de cuius Patria neſcitur floruit ann: 1292. memoratur à P. Vuadingho pluribus in locis, & præcipuè tom: 1. ad ann: 1241. §. 21; vbi dicit, Sanctus item Frater Gratianus doctrina, & miraculis claruit in Prouincia Marchiæ; Hic fuit de partibus Romandiolæ oriundus, vir miræ ſimplicitatis, magnæque Fidei, ideò plura miracula Deus operatus eſt per eius merita, vt refert Idem P. Vuadinghus in citato loco. Iacet Sancti Martini in Piceno, memoratur etiam a P. Arturo 30 Martij, qui dicit, quod fuit magnæ Sanct: Vir.

40 B. Guidus de Monte Feltrio, & Vrbini Comes obijt ann; 1298. memoratur a P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1296. fol. 662. §. 8; vbi dicit, Guido Montis Fekri, & Vrbini Comes; cuius Poſteri fuerunt Principes, & Duces Vrbinates vixit maxima cum humilitate in Religione, & laudabiliter in ſedula oratione, & P. Arturus 29. Septembris dicit; Generis ſui alta deſpiciens, mundique, Carnis contemptis illecebris Chriſto sanctiſſimè inſeruiuit, & Marianus ait lib: primo c. 12. in profunda humilitate, & continua oratione dies ſuos abſoluit in Conuentu Aſſiſij, vbi Iacet

41 B. Hieronymus de Ancona Tert: obijt ann: 1506. memoratur a Marco Vlyſſip: ſuper lib: 8. c. 26. ad ann: 1506; & à P. Arturo prima Ianuarij vbi dicit, Genere, &

virtutibus nobilis, miraculorum gloria extitit etiam ſublimatus, & in annot. ſubiungit, vitam egit eremiticam, & ſolitariam, in magna victus, & veſtitus auſteritate, orationem fræquentabat, rerumque cæleſtium meditationi omne tempus impendebat; poſt quam autem annos 24. in maxima perfectaque charitate cum Deo comſumpſiſſet, ſanctiſſime obijt, miraculiſque corruſcauit. Iacet Anconæ in Eccleſia Cathredali.

42 B. Hugolinus à Fabriano memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1268. §. 3; & à P. Arturo 11 Maij dicentibus, inter pios viros, qui in Conuentu Fabrianenſi doctrina, & ſanctitate claruerunt, iſti præcipui fuerè Fratres Germani Hugolini, & Iacobbi Fabrianenſis, genere nobiles. Iacet Fabriani.

43 B. Humilis Picens memoratur à P. Vuadingho tom: primo ad an: 1254. §. 9; cuius germanus Frater Pacificus alibi habitans, vidit animam aſcendentem in Cœlum; factus mox illius loci incola, dum ad inſtantiam Dominorum de Bruſortio poſt aliquot annos transferreretur ad ipſum Conuentum, & Fratrum exhumarentur oſſa, collegit illa, quæ erant Fratris, optimo lauit vino, ſerico inuoluit, nec oſculari ceſſabat; Interogatus cur adeò inhæreret fraternis oſſibus, nec ſimilem exhiberet reuerentiam pijs reliquijs aliorum Fratrum? reſpondit humiliter, non ſe carne, aut ſanguine motum, vt ea præſtaret Fratri, quæ cæteris non impendebat, ſed ex facta ſibi illa aquibuſdam annis viſione, certò ſibi conſtare, oſſa illa in Paradiſo futura, & proinde quæ illuc aſcenſura erat, vbi Deus eſt, omni decebat honore in Terris vaneranda. Paulo poſt ipſe obijt in eodem loco, & iuxta Fratris ſui Tumulum ſepultus. Iacet Bruſortis, ideſt Sancti Liberati. P. Arturus mentionem facit de hoc Beato 7. Augnſti.

44 B. Iacobbus de Camerino laicus memoratur à P. Vuadingho tom: 5. ad an: 1437. §. 36; qui dicit, Sanctæ orationis additiſſimus, qui conſodales ſemper in Eccleſia præueniebat, antequam ad mattutinum conuenirent, & longa præce Eccleſię, proximorunque neceſſitates Deo feruenter comendabat, a Demone multas inferebat moleſtias, denique in bona ſenectute obijt in Conuentu Sancti Donati prope Vrbinum.

45 B. Iacobbus à Ciuita Noua laicus memoratur à P. Vuadingho tom: 1 fol: 450. ad ann: 1232. §. 22; vbi dicit, mortuus eſt ſub conſtanti opinione ſantictitatis clarus meritis, & virtutibus Iacet in Ciuitate Noua.

46 B Iacobbus de Fallirone memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1289. §. 30; vbi dicit, Frater Iacobbus de Fallirone Confeſſor B. Ioannis de Aluernia, Predicator inſignis, vitæ, & doctrinæ ſingularis, dum Sacerdotio, quo fungebatur, ſe indignum putaret; oppones Chriſtus prædicto Ioanni dixit; Frater Iacobbus eſt Sacerdos ſecundum legem Dei, & à P. Arturo 25 Iulij, vbi ait, vitæ perfectione, & miraculis conſpicuus, & D Antoninus part: 3. Hiſtor., tit. 24. c: 7. §. 15 inter alia dicit. Dum dictus Iacobbus de Fallirone infirmaretur pro eo ipſo Ioannes de Aluernia feruenter orans, vidit in extaſi, factus in aere ſuper Cellam ſuam exercitum Angelorum, & aliorum ſanctorum, cum maxima claritate fulgentem, inter quos erat præfatus Frater Iacobbus ſpecioſiſſimus, vidit & B Franciſcus Sac: ſtigmatibus inſignitum, & plures alios ſecum ſimili claritate fulgentes. Iacet Moleani in Piceno.

47 B. Iacobbus de Monte Brandono vocatus de Marchia, natus eſt ann: 1391. ægregia eius facta, & miracula deſeripſerunt Marcus Vlyſſip: part: 3. lib: 1. c. 25. 33. 52. & 61, & alibi. P. Gonzaga prima part: P. Vuadinghus tom: 3 ad ann: 1416. § 21 & alibi, nec non alij, inter quos P. Arturus 28 Nouembris dicit altiſſima paupertate, charitate, vitæ auſteritate, atque in Deum, & homines pietate præditus, virginitatem illibatam perpetuo ſeruauit tum ſuis feruentibus orationibus, & concionibus Infidelium Hæreticorum ſchimaticorum ingentem conuertit multitudinem: tum ſpiritu prophetico repletus, & miraculis propè innumeris in vita, & poſt mortem clarus meritis a Sede Appoſtolica inter Beatos Cælites recenſeri; & in addition: ſubiungit, quatraginta annis officium predicationis exercuit, & omnibus diebus concionabatur; tantoque ardore ſpiritus prædicabat, vt ſuis feruentibus concionibus, atque exortationibus, quam plures Peccatores, & Meretrices conuerterit ac pænitentiam; Hæreticos, atque ſchismaticos Eccleſiæ reconciliauerit, & infideles sacri aqua Baptiſmatis tinxerit Tribus uicibus Delegatus eſt Commiſſarius Appoſtolicus in alienas Prouincias; nempe ab Eugenio 4; Nicolao V; & Celeſtino 3; quorum authoritate Italiam, Sclauoniam, Dalmatiam, Auſtriam, Hungariam, Poloniam Bohemiam, Saxoniam, Ruſſiam, Daniam, Horuegiam, Phrygiam, Germaniam, Daciam, Bosnam, Croatiam &c. peragauit; hanc autem ſuſcepit expeditionem ann: 1447; quam & annis ferè 13. compleuit; quo tempore mirum? quot perſecutiones, inſidias, labores, penurias, aliaque grauia conſtanti animo pro Chriſti nomine tulerit: quot beneficia ijs Populis ſuis præcibus a Deo obtinuerit: quantaue miracula Cælitus ediderit; Generalis Inquiſitor, & legatus Apoſtolicus pluries electus fuit a Summ: Pontifi & omnia fauſtè geſſit. His igitur, & alijs virtutibus exornatus, dierumque plenus, Neapoli deceſſit è vita die Iouis 28. Nouembris ann: 1476. ætatis ſuæ 85; & ſepultus fuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ Ord. Min. Obſ., vbi miraculis continuatis corruſcat.

48 B. Iacobbus à Fabriano vide ſupra de Beato Hugolino Fabrianenſi.

49 B. Iacobbus de Maſſa laicus floruit ann: 1250; memoratur à Marco Vlyſſip: prim: part: lib: 8. c. 4; & alibi, & a P. Arturo 5. Dicembris dicens, vitæ perfectione, oratione, rerumque cæleſtium contemplatione clarus. Iacet in Piceno.

50 B. Iacobbus de Auximo floruit ann: 1289. memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1289. §. 21; vbi iter alia dicit. Erat vir pius, & rectus, & P. Arturus 5. Iuli dicit, quod fuit ingentis perfectionis vir, & quod iacet in Piceno.

51 B. Ioannes Eremita Tert: à Maſſacio Æsij memoratur a Marco Vlyſſip: 3. part ſuper lib: 1. c. 10. ad ann: 1393; à P. Vuadingho tom: 4. ſuper ad ann: 1399. §. 4 quo anno obijt die 22 Aprilis ad Maſſacij Marchiæ Anconitanæ Caſtrum, memoratur etiam à P. Arturo 22 Aprilis, vbi dicit, quod fuit vita, & miraculis celebris. Iacet im Maſſacio Æsij.

52 B. Ioannes à Fabriano obijt Saxagenarius ann: 1539; memoratur à Marco Vlyſſip: 3. part: ſuper lib. 9. c. 41; vbi dicit. Dum enim viueret plurimos a diuerſis languoribus ſanctiſſimæ ſigno Crucis liberauit, & aliqua alia miracula edidit; à P. Gon-

ann: 1399. §. 5; & a P, Arturo 2. Martij, qui dicunt; peperit nobis oppidum Fabrianum plures Patres vita inſignes, ac ſcientia claros, inter quos longè emicuit Hic B. Ioannes ex Nobili, Germanicaq. Rigorum familia progenitus; paupertatis amantiſſimus fuit, vita, abſtinentia præditus erat, pane & aqua reficiebatur, ſæpè ieiunabat, cibumquè haud capiebat, niſi die Dominico, & feria quinta ſolum; non nunquam integram hebdomadam abſque cibo, & potu tranſiens, ſolo die Dominico excepto, orationi inſtanter vacabat, Iacet in Maſſacio Æſij in Conuentu Sancti Iacobi (dicto) Eremitæ.

53 B. Ioannes à Fano obijt ann: 1539. memoratur à Marco Vlyſſip: ſuper lib. 9. c. 15; & a P. Arturo 5. Martij, qui dicit, cum munus Prouincialatus in Marchia ſtrenuè adimpleret, vita, doctrinaque clarus, ſanctiſſimè quieuit in Domino, plurimis poſt obitum illuſtratus miraculis, & in addition: ſubiungit, Dum Miniſtri Prouincialis Marchiæ fungeretur officio, nimio zelo B. Matthæo Baſcio, & Capuccinorum Congretationi contrarius extitit, cui poſtea tamen diuinitus nomen dedit, de repente in virum alterum mutatus ſanctitate, & doctrina clarus, obdormiuit in Domino. Iacet Vrbaniæ.

54 B. Ioannes a Firmo a D. Bonauentura ablegatus fuit ad ſolitudinem Montis Aluerniæ, vbi ob longiorem, quam eo in Monte traxit moram ab Aluernia dictus eſt, obijt ann: 1322; memoratur à P. Vuadingho pluribus in locis, vbi inter alia dicit tom 2. fol. 188. n. 8. erat tam inſita Cordi paſſionis huiuſmodi compaſſio, vt etiam dormiens, fleret amarè; memoratur etiam à P. Arturo 9. Auguſti, vbi ait, apud Montem Aluerniæ in Ethruria B. Ioannes à Firmo Conf: qui mira abſtinentia, & pænitentia Corpus ſuum edomans, potens fuit opere, & ſermone coram Deo, & hominibus, atque plurimis claruit miraculis, & in annot: ſubiūgit, ab ipſa tenera infantia ſanctitatis ſpecimen prætulit. ita vt quantò creſceret ætate & adoleſceret, tantò virtutum ampliorem redoleret odorem. Iacet apud montem Aluerniæ in Eccleſia Fratrum Min.

55 B. Ioannes Martellus memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1290. §. 28. à Toſſignano lib: 2. in Cuſtodia Camerini, & à P. Arturo 28. Februarij, vbi dicit. quod fuit magnæ ſanctitatis Vir, & quod iacet Terræ Sancti Quirici prope Aram Sancti Antonij de Padua.

56 B. Ioannes de Monte Diuæ Mariæ in Caſſiano memoratur à P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1289. quo floruit pag. 561. §. 28; & P. Arturus dicit, quod fuit admirandæ ſanctitatis Vir, ita ait 23. Septembtis, & quod iacet in Piceno.

57 B. Ioannes a Penna obijt ann: 1275. memoratur à Marco Vlyſſip: part. 2. lib: 2. c: 24. & 25. a P. Gonzaga lib. part. prima, a P. Vuadingho tom: 1. ad ann: 1216. §. 2; & tom: 2. ad ann: 1271. §. 8; & à P. Arturo 3. Aprilis, dicente paupertate, patientia, & vitæ auſteritate emicans, ſpiritu prophetico, & miraculis etiam eluxit. Iacet apud oppidum de Penna S. Ioannis Bapt. in Piceno.

58 B. Ioannes de Vrbino Tert. memoratur à Marco Vlyſſip: lib. 1 cap. 58. ad 1438. vbi dicit, operibus pœnitentiæ iugiter intentus pluribus miraculis a Domino meruit, honorari, & à P. Arturo 23. Auguſti, vbi ait, fructus dignos pœnitentiæ faciens, miraculis claruit. Iacet in Vrbino in Cænobio Monialium de Ieſu.

59 B. Ioannes de Calleo Tert: memoratur a P. Vuadingho tom: 4. ſuper ad an: 1379. §. 4. vbi dicit per traſlationem Corpus loculo incluſit ſub Altare Sancti Ioannis, & caput conſpiciendum per Cratam ferream expoſuit marmoreo lapidi, inciſis rudibus his carminibus.

Miraculis claret Hic Sanctus, vt ſemper apparet
Quem Deus Deorum vocauit ad Regna Polorum

& P. Arturus 21. Aprilis dicit, Cuius ſanctitatem verba miracula cōmendat. Iacet Callei in Piceno in Eccleſia Sancti Franciſci.

60 B. Ioannes Baptiſta a Piſauro floruit ann: 1579. memoratur à Gonzaga 4. pat: in Prouincia Sancti Gregorij Philippinarum, & Chinæ, à P. Vuadingho tom: 4. ad ann: 1399 §. 36. & a P. Arturo 7. Nouembris, vbi dicit, Neapoli in Campanea B Ioannis Baptiſtæ Piſaurenſis Conf; & Concionatoris eximij. Iacet Neapoli.

61 B. Iulianus à Fabriano nobili genere natus memoratur à Marco Vlyſſip: 3. par: ſuper lib: 7. c. 37. ad ann: 1502. & à P. Arturo 26. Iulij, vbi dicit, genere, oratione, ſplendore virtutum illuſtris plenus dierum. & bonorum operum Sancto fine quieuit. & in annot: ait non nunquam ſacratiſſimæ Virg· Deiparæ, atque Angelorum viſitatione dignari, meruit, Iacet in Piceno.

62 B. Landonus à Monte Feltrio Tert: memoratur à Marco Vlyſſip: prima part: ſuper lib: 9. c. 25 à P. Vuadingho tom. 1 ſuper ad ann: 1242. fol. 58. n. 2. §. 21. à P. Gonzaga in B. Viris Tert: & à P. Arturo 29 Iulij. vbi ait, eximiæ ſanctitatis Vir. Iacet in Italia.

63 B. Liberatus de Macerata obijt ann: 1307. memoratur à P. Vuadingho pluribus in locis; ſed præcipuè ann: 1294. fol 58. n. 2; & ann: 1307. §. 2. vbi ait, mortuus eſt etiam hoc anno Frater Liberatus Præfectus Fratrum exemptorum, dum ad Summ: Pontificem iret cauſam ſuam, & ſequacium acturus. Iſte Beatus Liberatus de Macerata vitam duxit eremiticam, qui ſanctiſſimè obijt in Conuentu Oppidi Sancti Angeli de Vena, vbi Corpus ſuum iacet.

64 B. Ludouicus à Pierosara Caſtri Fabriani obijt an. 1571. memoratur à Barezzo lib: 5. c. 4; a P. Gonzaga 2. part. ſuper Con: Sancti Antonij de Monte Sancto, vbi ait, ergaſtulo Carnis ſoluti hic ad aſtra migrauerunt eodem. & vno anno, qui à Chriſti natiuitate fuit 1571. miræ ſanctitatis V. V. P. P. Ludouicus à Pieroſara Diæceſis Fabriani Pago, & Bartholomæus ab Offida. Picenti oppido prouectæ quidem ætatis ambo virtutibus inſignes, & à P. Arturo 26. Decembris, vbi ait, mira ſanctitate, ac religione exornati quieuerunt in Domino. Iacet apud Montem Sanct. in Conuentu S. Antonij.

65 B. Laurentius à Camerino memoratur à Marco Vlyſſip: p. 3. lib. 8. c. 30; ad ann: 1506; vbi dicit, Religioſus extitit admodum ſpiritualis, qui, & ſingulari deuotione proſequebatur Sanct. Angelos, quorum officium piè recitabat quotidie, & à P. Arturo 8. Decembris, vbi ait, pietate, ac religione ſpectabilis. Iacet in Piceno.

66 B. Laurentius a Fabriano obijt ann: 1480: memoratur à Marco Vlyſſip: p: 3. ſuper lib: 6. c. 38; & P. Gonzaga 2. p. in Con: Aluerniæ dicit, ex pluribus tamen Sanctiſs. Patribus, & Fratribus, qui in huius Monaſterij Eccleſia ſepulti ſunt,

3 pag. 187

ne legentibus tædioſus ſim, aliquos tantum in medium adducam, illos vid: qui peculiari aliqua prærogatiua claruerunt, & primo quidem loco Patrem Laurentium à Fabriano Zacchæum ob ſtaturæ breuitatem, paſſim vocitatum, qui Sacerdotio, profundiſſima humilitate, charitate, ardentiſſima oratione, atque ſumma abſtinentia inſignis; & P. Vuadin: tom. 1. ad ann: 1213. §: 44. & P. Arturus 14. Auguſti in annot. ann: 40. dicunt, apud Aluernum Montem commoratus eſt, qui cum ad centeſimum, & decimumannum attigiſſet ſuæ ætatis, in Religione verò expleſſet 90. plenus dierum, ac bonorum operum è vita aſſumptus eſt ad aſtra; Iacet apud Montem Aluerniæ.

67 B. Lucas ab Æſculo memoratur à Marco Vlyſſip. 3. p. lib: 4. c. 16. ad ann. 1459; vbi inter alia dicit, in effugandis Dæmonibus ab obſeſſis Viris mirè virtus eius elucebat, & P. Arturus 2. Octobris dicit; B. Lucæ Æſculani Conf; ac Conc: eximij Spiritu prophetico, & gloria miraculorum clariſſim: Iacet in Piceno.

68 B. Lucidus Antiquior memoratur à P. Vuadingho tom: 1. ad ann. 1232. §. 20. vbi dicit, caritate inproximos incredibili flagrabat, & magna perfulſit ſanctitate; continua Verbi Dei prædicatione, & chathechizandi rudes infatigabili labore multos ad rectam viuendi rationem perduxit, & P. Arturus 20. Aprilis in annot. inter alia dicit, meritò autem Lucidus nuncupatus eſt, quia vera luxit ſanctitate, & arſit gratia diuina, atque caritate, cuius lingua glorioſa ſpiritu ſancto edocta, fructus fecit mirabiles, tandem pluribus virtutibus, & meritis adornatus, abdormiuit in Domino, qui poſt mortem viſus eſt à B. Ioanne de Aluernia, gloria ſingulari fulgere. Iacet in Piceno.

69 B. Marcus a Sancta Maria in Gallo obijt ann: 1496. memoratur à Marco Vlyſſip: 3. parr. lib: 6. c. 20; & lib: 7. c. 30. dicente; Picens erat, Doctorque Medicinæ, & matrimonio ligatus, quando Diuino illuſtratus Numine, Mundo vale, dixit, nam diuitijs, rebusque domeſticis derelictis; Mulier Monaſterium Sanctæ Claræ apud Æſculum ingreditus, ille verò Fabriani in Conuen. Eremitico Fratrum Min. Religionis habitum ſumpſit; memoratur etiam à P. Gonzaga 2. p. in Con: Prouinciæ Sancti Antonij; à P. Vuadingho tom: 1. ad ann: 1215. §. 21; & à P. Arturo 19. Martij, qui dicit, B. Marci a Sancta Maria in Gallo Confeſſoris, & Concionat. eximij; qui eruditione, virtutibus, & zelo ſalutis animarum emicans, prophetiæ dono, ſigniſque admirandis etiam refulſit. Iacet Vicentiæ in Prouincia Sancti Antonij.

70 B. Maſſeus à Sancto Seuerino floruit ann: 1389. memoratur à P. Vuadingho tom: 1. ad ann. 1232. § 21; & tom: 2. ad ann. 1289 §. 27. & 45 qui inter alia dicit; Hic cum eſſet Plebanus, & vidiſſet B. Bentiuolum, in aere ſubleuatum tempore orationis ſuæ, relictis omnibus factus eſt Frater Minor, qua in vocatione vitæ Sanct & miraculis claruit, & P. Arturus 27. Decembris dicit, Vita, & eruditione fuit inſignis, cuius ſanctitatem miracula crebrò per eum edita teſtantur. Iacet Murri Vallium in Piceno in Eccleſia Fratrum Min: ſed in diſcriptione ſub immagine ipſius B. in Palatio Comunitatis dictæ Terræ Murri Vallium, videtur eum eſſe ex nobiliſſima familia Lazzarinorum. Verba ſunt iſta. B. F. Maſſeus Lazzarinus genere Norm: Patr. Septemp: origine Murri Vallen: Quod in oppido eius atauì Regulatum ſubſtinuerunt, Plebanias S. S. Angeli, & Barthol: Santiſs rexit; tandem S. P. Franciſci habito ſuſcepto, obijt miraculis clarus, an: Domini. 1403.

71 B. Maximus Landolinus a Fabriano memoratur a P. Vuadingho tom: 2 ad ann. 1268. §. 3; qui dicit, inter præcipuos illos pios viros, qui Fabriani doctrina, & ſanctitate claruerunt, fuit Frater Maximus Landolinus, qui vltra ſanct: vitam, in liberalibus artibus, Sac: Theologia, & Iure Canonico optimè verſatus erat, & P. Arturus 2. Septembris dicit, vita & eruditione fuit inſignis Iacet in Fabriano.

72 B. Mattheus a Baſcio obijt ann: 1552. memoratnr a Marco Vlyſſip: 3. p. ſuper lib. 9 c. 15; & 16; a Barezzo p. 4. ſuper lib. 1 c. 11. a Roſſignano lib. 2; a P. Gonzaga lib 2; & a P. Arturo 3. Auguſti, qui ita dicit, Venetijs B. Matthei a Maſcio Conf. Congregationis Capuccinorum Inſtitutoris, qui aſſiduis ieiunijs, Vigilijs, & orationibus vacans, nec non altiſſima paupertate, & ingenti ſalutis animarum zelo relucens, ſanctitate, & miraculorum gloria Illuſtris deceſſit è vita, & in annot. ſubiungit, habitum Franciſcanum in Conuentu Montis Florentini Patrum Obſer: Prouinciæ Marchiæ ſuſcepit, apud quos plurimis ca pit relucere virtutibus. Iacet Venetijs in Conuentu Sancti Franciſci a Vinea Fratrum Min. Obſer:

73 B. Mattheus a Montone memoratur a P. Vuadingho tom. 2. ad ann: 1256. §. 15 a Marco Vlyſſip. 2. p. lib: primo c. 49 & a P. Arturo 15. Iunij, qui ait in Piceno B. Matthei a Montone Conf. S. P. N. Franciſci diſcipuli, qui Prouincial. munus in Marchia præclare geſſit, & Sancto fine quieuit. Iacet in Piceno.

74 B. Mattheus a Monte Rubiano obijt circa ann 1310. memoratur a P. Vuadingho tom primo ad ann: 1244. §. 11. & tom 2 ad ann: 1271 §. 10; a P. Gonzaga prima part: a Marco Vlyſſip. 2. p. lib. 1. c 28. lib. 2. c. 25. §. 1; & lib. 8. c 4. ad ann. 1322; & a P. Arturo 4. Iulij; qui dicit in annot: Oriundus fuit ex Monte Rubiano agri Piceni, Iacetque ibidem magna ſanctitate celebris, poſt cuius felicem tranſitum viſus eſt a B. Ioanne de Aluernia inter Choros Angelorum, & Sanctorum, cum Sanctſs. P. N. Franciſco gloria, & ſanctitate fulgere. Iacet Montis Rubiani in Piceno.

75 B. Mattheus a Sancto Leone memoratur a Marco Vlyſſip. p. 3. ſuper lib. 9 c. 26; & a P. Arturo 30. Nouembris, qui in annot. ita dicit, Vir erat doctiſſimus, & in ſpeculatiuis ſcientijs maximè exercitatus eximiuſque Prædicator, qui litteris APoſtol. munitus ſub dat 11 Septembris an. 1523. inter Patres Capuccinos Religionis Seraphicæ habitū ſumpſit; Verum cum id vitam genus, ac Caputij acuminati geſtatio, non nullis ſummè diſplicerет, ob idque grauia paterētur Capuccini, ipſe profugus, occultuſque delituit in quadam Ædicula propè Pagum Sancti Venantij extra Camerinum iuxta Eccleſiam Apoſtolorum, vbi ſanctiſſimè vixit, & obijt ann 1531 cuius mors prætioſa Campanarum ex ſe pulſantium ſonitu diuulgata, Duciſſa Camerini pia deuotione commota, ſacrum eius funus ſummè curauit, deferri, & in Eccleſia Sanct. Franc. Cam. tumulari, vbi iacet.

14

76 B. Mauritius de Argignano loci Fabriani memoratur à P. Vuadingho tom. 2. ad ann. 1263. §. 22; & ad ann. 1268. §. 3; & ad ann. 1289. §. 29, vbi dicit, Frater Mauritius de Argignano, prius Canonicus Sancti Venantij, mox Minorita, vitæ admirabilis, quam continuis lacrymis, & aſſidua oratione sacrauit; memoratur etiam a B. Franciſco de Fabriano in Chronica Marchiæ M. S. S. vbi de eo ita dicit, Frater Franciſcus de Argignano prius Canonicus Sancti Venantij fuit homo Sanctus, magnæ orationis; & multarum lacrymarum, & verus Frater Minor, & P. Arturus 20. Decembris dicit. B. Mauritij de Argignano Conf: dono orationis, & lacrymarum coſpicui. Iacet in Fabriano.

77 B. Nicolaus à Firmo laicus memoratur a Marco Vlyſſip. 3. p. ſuper lib. 7. c. 42. & lib. 8. c. 30. à P. Gonzaga 2. p. in 8. Con: Prouinciæ Marchiæ, & a P. Arturo 12. Nouembris, vbi dicit, Sancti Nicolai Firmani Confeſs. qui ſilentio, abſtinentiæ, & Corporis caſtigationi deditus, dono etiam lacrymarum in oratione a Domino cumulatus eſt. Iacet Firmi, & in annot. ſubiungit Laicus erat profeſſione, ſilentij ſtrictiſſimus obſeruator, Corpus ſuum auſteritate edomabat, nam quotidiè diſciplinis illud caſtigabat, ſemel in die comedebat, ſolo pane, & aqua ſe reficiens, cuncta Conuen. officia exercebat cum exemplari humilitate, & prudentia, In oratione feruidus adſtabat, quam prufluuiis lacrymarum irrigabat, ſicque in huiuſmodi Sanctis exercitijs perſiſtens, prætioſa morte perfunctus eſt in Con: Sanctiſſimæ Annunciatæ Firmi.

78 B. Nicolaus ab Auximo habitum ſumpſit ann. 1427; & in ſeculo erat I. V. D. memoratur a Marco Vlyſſip: part. 3. ſuper lib. 1. c. 26. 28. 41; & 42. & lib: 3. c. 41 item lib: 4. c. 22. a P. Gonzaga p: prima, & p. 2. a P. Arturo 23. Februarij, qui ita dicit, Nicolai ab Auximo Conf; qui tum eruditione, oratione, & humilitate, tum abſtinentijs, ieiunijs, paupertate, ac zelo ſalutis animarũ celeberrimus extitit, & a P. Vuadingho tom. 5. ad ann. 1427. §. 12. qui quidem B; dum Romæ commoraretur, deceſſit plenus dierum, ac virt. in Conuentu Aracæli. Vita functus, ſuauiſſimum exhalauit odorem, & membra eius adeo tractabilia erant, & pulcra, vt in teneritudinem carnis puerilis conuerſa videretur.

79 B Pacificus Poetarum Rex in Sanct. Seuerinum habitum ſumpſit a S. P. N. S. Frãciſco ann. 1212. memoratur a P. Vuadingho tom. 3. opuſculorum D. Franciſci colloc. 11, & tom: primo ann. ad ann. 1212. §. 37; & ad ann. 1220. §. 67. a Marco Vlyſſip. lib. 6. c. 55. a P. Gonzaga p. 3. in Con. 9 Prouinciæ Sancti Andreæ, & omnes iſti ſcriptores dicunt; quod hic ſeruus Dei Picens erat, primo Poeta ſui æui celebris, Rex verſorum appellatus, atque a Federico ſecundo laurea donatus, poſtea efficitur Frater Minor, Frater Pacificus vocatus a Seraph. P. Fran; & ann. 1217. Hic B. Pacificus cum multis alijs Fratribus ab ipſo P. N. S. Fran. delegatur in Galliam, & primus Prouicialis Minr: Franciæ extitit, & totam illam Prouinciam prouidè gubernauit, ſanctiſſimè vixit, ac tandem fæliciter ad Dominum perrexit: cuius Sac: Corpus ſepultum iacet in Con. Lenſenſi (vbi vſque nunc miraculis coruſcat) in Territorio Attrebatenſi, cuius in ephitaphio hæc leguntur verba.

Sub hoc lapide recondita ſeruantur oſſa Sac: B. Pacifici
Ord. Min. qui ipſe primus fuit Prouinciæ Franciæ Minr.

Iacet apud Lenſenſe oppidum in Territorio Attrebatenſi in Gallia.

80 B. Pacificus germanus B. F. Humilis de cuius ſupradiximus, Iacet Bruforti, id eſt Sancti Liberati.

81 B. Pacificus à Rocca Contrata memoratur a Gonzaga 2. part. in Con. 50. Prouinciæ Marchiæ, vbi dicit. Inter primos huius Sacræ Ædis Accolas, vnus fuit miræ ſanctitatis Pater, & Frater Pacificus a Rocca Contrata oriundus, cuius Corpus, vt circumuicinorum Populum aduentãtium deuotioni fieret ſatis biduò inhumatum permanſit, accedentibus continuò fidelibus, vt vel eius habitum tangerent, vel pedes deoſcularentur, quibus eius beatitudo certiſſima eſt, & P. Arturus 16. Maij dicit, B. Pacifici Confeſs. admirandæ Sanct. Viri Iacet Rocchæ Contratæ in Con. Sancti Martini.

82 B. Paulus de Marchia memoratur a Marco Vlyſſip. prima p. lib. 1. c. 106; a P. Gonzaga prima p; a P. Vuadingho tom 1. ad ann. 1241. §. 24; vbi dicit, B. Paulus de Marchia, Vir Sanctus poſt mortem multis claruit miraculis, & refert aliqua miracula in eodem §; & P. Arturus 31. Martij dicit, B. Pauli Confeſs. S. P. N. Franuiſci diſcipuli, qui ab eo Prouinciæ Marchiæ Minr. Prouincial: inſtitutus Religioni floruit, & poſt mortem quam plurimis miraculis enituit, & in annot. ſubiungit, Spoletinus dictus eſt a Patria, Marchianus verò a Prouincia. Iacet in Macerata.

83 B. Perregrinus a Fallirone I. V. D. Laicus memoratur a P. Vuadingho tom: 2. ad ann: 1220 §. 7, vbi dicit, peruenit Vir Sanctus Franciſcus Bononiam, vbi omnium animos flexit, vt non ſolum plures ad pænitentiam agendam impulit, ſed etiam Scolaros duos è Piceno ad res humanas relinquendas, & diſciplinam ſuam adiſcendam adduxerit, quorum Vtrumque, nempè Perregrinum à Fallirone, & Rigerium a Mutia adoleſcentes nobiles habitum poſtulantes veſtiuit, & futurum viuendi genus vtriuſque præſcripſit, & P. Arturus 5. Septembris dicit. B. Perregrini a Fallirone Conf: S. P. N. Franciſci Diſcipuli, qui plenus virtutibus ad Cæleſtia migrauit. Iacet Sancti Seuerini in Eccleſia P. P. Conuen.

84 B. Petrus a Caldariola obijt ann. 1489. memoratur a Marco Vlyſſip. lib. 8. c. 33; & a P. Arturo 25. Iulij, vbi dicit, B. Petri a Caldariola Confeſs. magnæ ſanctitatis Viri. Iacet Camerini.

85 B. Petrus a Fabriano Laicus, Vir humilis, pius admirabilis etiam patientiæ, & ignitæ charitatis, memoratur a P. Vuadingho tom. 5. ad ann. 1422. §. 3. Iacet in Con. Sancti Petri apud Camertos.

86 B. Petrus a Macerata floruit ann. 1280. memoratur a Marco Vlyſſip. 2. p. lib. primo c. 12. a P. Vuadingho tom. 2. ad ann. 1275. §. 2. & alibi. vbi multa dicit, ſicut videre eſt, & a P. Arturo 29 Octobris, qui dicit Petri Beati de Macerata Confeſs: Religione, & zelo altiſſimæ paupertatis inſignis. Iacet in Piceno.

87 B. Petrus à Molleano peritiſſimus erat in Iure ciuili, & egregius Concionator; qui obijt ann. 1489; Die 25. Iulij memoratur a Marco Vlyſſip. part. 3 ſuper lib.

7. c. 11. 12. 13. a P. Gonzaga p. 2; a P. Vuadingho tom. 1. ad ann. 1289; §. 49. vbi ait, in Conuentu Sancti Franciſci Camerini in veneratione habetur in ſacello Conceptionis B. V. B. Petri Molianici miraculis illuſtris, quod ſolemni pompa, & proceſſione ex antiquiori loco ad hunc nouum traslatum eſt, vbi Iacet, & P. Arturus dicit 25. Iulij B. Petri a Molleano, qui ſepè Prouinciale munus exercens charitate, atque pietate abundauit: & prophetiæ douo ſigniſque prorſus admirandis coruſcauit.

88 B. Petrus a Monticulo memoratur a Marco Vlyſſip. p. 2. ſuper lib. 6. c. 30. ad an. 1304; a P. Vuadingho tom. 2. ad ann. 1289. §. 27. vbi dicit, requieſcit Frater Petrus de Monticulo in loco ſiroli, cuſtodiæ Anconitanæ, qui in die Purificationis vidit Corradum offidanum bracchijs recipientem Chriſtum Infantulum in loco Forani, & Pater Arturus 19. Februarij dicit. B. Petri a Monticulo Confeſs; qui fama, ſanctitate, & prædicatione emicans, ingenti etiam orationis feruore, ac miraculorum gratia fulgebat. Iacet in ſirolo in Conuentu Sancti Franciſci de Obſ:

89 B. Petrus a Monte Vlmi ex familia Ducaina obijt ann. 1330, memoratur a Piqueto in Cathalago Vir. Ill: Ord: Min; qui vult Tuderti ſeppultum eſſe, B. Petrus a Monte Vlmi, qui multos ab infirmitatibus curauit, iacet Tuderti, ſed P. Vuadinghus tom. 2. ad ann. 1292. § 28; & ad ann. 1241, quo floruit, fol. 604. n. 22. dicit, in Couuentu Pennæ Sancti Martini Cuſtodiæ Montis Feltri in pace requieuit B. Petrus a Monte Vlmi, miraculis poſt mortem clarus, & notat ibi aliqua miracula, ſicut in tom. 4. ad ann. 1334. §. 7; & P Arturus 23. Februarij dicit. In Piceno B. Petri à Monte Vlmi Confeſſ. cuius ſanctitatem crebra per eum miracula antè, & poſt obitum edita teſtantur. Iacet in Sancto Martino.

90 B. Petrus de Podio agri Piceni memoratur a P. Gonzaga prima p. dicente B. Petrus a Podio agri Piceni, qui multa fecit miracula. Iacet Interamnæ non longè ab Æſculo, P. Arturus dicit. B. Petri Podiani Confeſſ. vitæ perfectione, & ſignis admirandis ſpectabilis; memoratur etiam a Marco Vlyſſip. p. 2. lib. 8. c. 33. §. 2. ad ann. 1334; & a P. Vuadingho tom. 2. ad ann. 1270. §. 27. vbi dicit, quod fuit ex nobiliſſima familia Cæſia, & tom. 4. ad ann. 1365. §. 9; vbi eadem aſſerit.

91 B. Petrus de Vrbino Tertiar. fuit vita exemplaris, & quia ſanctiſſimè vixit, ideò Deus operatus eſt quam plura miracula. Iacet Vrbini in Eccleſia fratrum Seruorum, memoratur a Barezzo p. 3. c. 61; lib. 1. c. 56; & lib. 2.

92 B. Philippus Æſculanus Laicus obijt circa ann. 1459. memoratur a Marco Vlyſſip. p. 3. lib. 4. c. 32. ad ann. 1461; & a P. Arturo 9. Maij ita ait B. Philippi Confeſſ; humilitate, charitate, & ſignis admirandis conſpicui, & P. Vuadinghus tom. 6. § 30. inter alia dicit, ſolo pane, & herbis fuit contemptus perpetuò, & meruit in Nocte Natiuitatis Chriſti in Vrbe Auximana, Beatam Virginem conſpicere, & ex eius vulnis Ieſum Infantulum excipere, quod proprijs oculis vidit B. Petrus de Sancto Seuerino eius Guardianus. Iacet in Auximo.

93 B. Pilingottus de Vrbino Tert. obijt ann. 1304, memoratur a P. Vuadingho pluribus in locis, ſed præcipuè in tom. 3. ad ann. 1304. fol 23. §. 5; vbi totam eius mirabilem vitam deſcribit, memoratur etiam a P. Arturo prima Iunij, qui in annot. ita dicit. Ità miraculorum gratia excelluit, vt die, noctuque ad eius ſepulcrum Populorum concurſus fieret, vbi ob præclara miracula non ſolum concurrit Populus, ſed ob ipſius merita apud Deum immenſos excipiunt fauores. Iacet in Eccleſia Diui Franciſci Vrbini.

94 B. Raynerius a Fabriano obijt ann. 1268, memoratur à P. Arturo 5. Septembris, qui dicit, quod fuit miraculis clarus, & B. Franciſcus Fabrianenſis hæc de eius morte ſcribit ann. Domini 1268, quandò ego eram Nouitius, obijt Frater Raynerius, qui fuit Plebanus Plebis Ciuitatæ, cui Sanctus Franciſcus fuit pluries confeſſus, quando erat Plebanus, & prædixit ſibi in Spiritu Dei, dicens, fili tu eris de noſtris, iſte fuit Sanctus homo, & verus Frater Minor. Iacet in Fabriano.

95 B. Raynaldus a Fabriano cum B. Damiano, vt ſupra diximus Fraterno vinculo coniuncti, floruerunt pietate, & inter præcipuos Viros doctrina, & Sanctitate claros, memoratur a P. Arturo 5. Iulij, & a P. Vuadingho tom. 2 ſuper ad ann, 1268. §. 3. Iacet in Fabriano.

96 B. Riccardus Epiſcopus foroſempronij Tert. memoratur a Gonzaga prima p; qui vocat eum virum Sanctum, a P. Vuadingho tom primo, ſuper ad ann. 1242. § 21; & a P. Arturo 7. Auguſti, qui dicit, quod iacet in Piceno.

97 B. Rizerius de Mutia Caſtri Camerini nobili genere natus, de quo omnes ſcriptores loqūtur, & præcipuè P. Vuadinghus ſuper ad ann. 1236. §. 4; & P. Arturus 7. Februarij, qui ita dicunt, B. Rizerij à Mutia Confeſſ. S. P. N. Franciſci diſcipuli, qui Marchiæ Anconitanæ Prouincialatus munere præclarè functus eſt, atque altiſſimæ paupertatis amantiſſimus, nec non miraculis exornatus, obdormiuit in Domino. Iacet in Piceno.

98 B. Rogerius de Marchia obijt ann. 1236; memoratur à P. Vuadingho pluribus in locis, & præcipè ad ann. 1236. fol: 548. §. 4; & 5; vbi ita dicit, B. Rogerius de Marchia, Verus fuit ex diſcipulis S. P. N. Franciſci, quem ob eminentem vitæ perfectionem Gregorius 9. Summ: Pontif: ab obitu ſtatim non dubitauit, eum verè Sanctum proclamare, & concedere, vt in Ciuitate Tudertina, vbi requieſcit, eius feſtiuitatè celebrare, & P. Arturus 5. Ianuarij dicit, B. Rogerij Confeſſ. S. P. N. Franciſci Diſcipuli, quem ob eximiam eius charitatem, vitæque ſummam perfectionem, Deus ſignis, ac portentis exornauit, Iacet in Con. F. Min. Tuderti.

99 B. Sanctes de Monte Barocchio memoratur á Marco Vlyſſip: 3. p. lib: 8. c 32. circa ann. 1485; á P. Gonzaga prima p; & ab Arturo 6. Auguſti, qui in annot: ita dicit, fuit Vir eximiæ ſanctitatis, qui longo tempore ſolis herbis crudis abſque pane Veſcebatur. Profeſſione quidem Laicus, ſed meritis opimus; quippe, qui tum in Vita, cumquoq. in morte, ac poſt obitum aſſuetis miraculis

1223. §. 24. item tom. 2. ad annum 1289. §. 3e; & ann. 1293. §. 31. ſed tom. 7. §. 9. in addictionibus ad tom. 4. dicit, eum eſſe de Monte Fabri dictionis Vrbinatis oppidulo.

100 B. Sanctes a Ripa Tranſonum Strict: Obſeruantiæ obijt ann. 1595. memoratur a Barezzo 4. part. lib. 10. c. 8. à P. Bonifatio Bonibello in ſua Chronica P. P. Reformatorum Prouinciæ Romanæ, a Mariano lib. 5. c. 66; & a P. Arturo 13. Ianuarij, qui ita dicit, Beati Sancti Confeſs. Concionatoris eximij; qui prophetiæ dono, caſtitate, humilitate, ac miro ſpiritus feruore præclarus extitit, ideo Illuſtrationibus diuinis replebatur, & cæleſtibus viſitationibus conſolabatur; videlicet Chiſti Ieſu, B. Genitricis Deiparæ, S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, D. Ioannis Euangeliſtæ, S. P. D. Fran; & B. Stephani Molinæ, aliorumque plurimorum Sanctorum Denique plenus meritis obdormiuit in Domino apud Conuentũ S. Mariæ Secundæ Morlupi Prouinciæ Romanæ.

101 B. Seruus Dei de Vrbino, memoratur à P. Vuadingho, ad ann. 1289. §. 27; & tom. 4. ad ann. 1399 §. 33. vbi dicit, eius ſacrum Corpus Amandulæ aſſeruari ſub Altari S. Antonij miraculis illuſtre, & ex perpetuo Dei obſequio Seruus Dei nuncupatus. Sed P. Arturus in Annotationibus dicit 12. Martij ex perpetuo Dei obſequio, ſic nuncupatus legitur, B. Seruus Dei, qui ſanctitate, & miraculis illuſtris deceſſit è vita, in veteri Conuentu Anaconenſi.

102 B. Simon de Ancona; memoratur á Toſſiniano lib. 2. in Cuſtodia Anconitana, à P. Arturo 6. Septembris, à P. Vuadingho tomo 2. ad ann. 1289. §. 27; & 45. vbi dicit Frater Simon, & Frater Amatus ſanctitate conſpicui, requieſcunt in Conuentu Anconitano.

103 B. Simon de Collazzano primus Mini. Prouincialis Marchiæ an. 1210, qui obijt ann. 1240. memoratur à P. Arturo prima Nouembris, qui dicit B. Simonis à Collazzano Conſ. qui generis Nobilitate, eruditione, ac vitæ perfectione clarus maxima cum prudentia, & humilitate Prouin. Officio, in Prouin. Marchiæ, & S. Franciſci functus eſt; ac demum miraculis fulgens, migrauit in Cœlum. Iacet Spoleti, memoratur etiam a Marco Vlyſſip. p. 2. lib. p. c. 5; & 10, & a P. Vuadingho tom. primo ad ann. 1219 §. 44; & alibi.

104 B. Thomas a Fabriano. memoratur a P. Vuadingho tom 2. ad ann. 1261. §. 3. à P. Arturo 20. Maij, qui in Annotationibus ita dicit, B. B. Bonacuræ, & Thomæ Conſ. qui Doctrina, & Sanctitate claruerunt in Con. Fabriani, apud Marchiam Anconitanam, vbi non nunquam extitere Guardiani, Cuſtodes, & Viſitatores Pauperum Dominarum, ſeu Clariſſarum. Iacet Fabriani.

105 B. Thomas Illiricus Auximi in Piceno natus, qui aliqua opuſcula edidit (vt ſuo loco dicemus) Vir fuit optimæ, ſanctæq. vitæ, nam cilicio indutus erat, vitæ auſteritate clarebat, totum perluſtrauit vniuerſum, prædicans pœnitentiam, & iram Dei annuntians proximo. floruit circa ann. 1520, & obijt miraculis clarus in territorio Burdigolenſi. Vide Flori mundum lib. 1. de ortu, progreſſu, ac occaſu hæreticis c: 3. §. 4. n. 46. Albam Spinam in fine notationum ad Regul. P. D. Franciſci, in breui memoriali Ord. Min. pag. 412 Toſſiniano lib 3. ſup. Gonzagam ſup. par. 1. in ſcriptoribus Franciſcanis, & Poſſouinum in apparatu ſacro.

106 B. Venantius de Fabriano obijt ann. 1506. à Marco Vlyſſip. p. 3. ſuper lib. 8. c. 26 à P. Gonzaga p. 2 in Con. 35. Prouinciæ Marchiæ, vbi dicit B. Iacob. de Marchia gratiſs. comes, & ſocius, & a P. Arturo qui in annotationibus, ita dicit, ſocius fuit B. Iacobi a Marchia, qui ob præclaras eius virtutes ab eo ſingulari dilectione proſequebatur. nam pietate, charitate, obedientiaq. enituit. Iacet Neapoli in Conuentu S. Mariæ Nouæ.

107 B. Vgulinus Nobiliſſimè ortus, qui vitam duxit Heremiticam, fuit filius Magalotti, & Luciæ Camerinenſis. Cuius Mater, poſt partum ſtatim defuncta eſt, itaq. Puer a Matre derelictus, defuncta, traditus fuit lactanti nutrici, ne periret, ſed Puer nutu diuino lac ab vberibus nutricis ſibi traditum abſtrahere recuſabat: ac alteri nutrici ſibi lac porrigenti, ita ipſe infans obſtitit: refutando lac nutricum, quatuor dies ſinè lacte vixit. Pater Pueri rem tacitò cogitabat, & dum ea in Puero agebantur admiranda, accepit filium ſuum Vgulinum infantem in vlnas, & oſculatus eum lacrymabundus ad Deum ſic aiebat. ò Deus, ò Domine ſeruaſti Puerum viuum, Matrem verò mortuam reliquiſti; quid faciet eius Pater, cum Vxorem mortuamvideat? & periculum vagientis, qui ſuis vocibus maternas mammas appetit? lacrimabiliter plurimum dicebat: filium hunc deſideraſti, & Matrem cum filio perdidiſti. Accepit iterum Puerum ſuum, & ſtrictè amplexatus eſt eum, & dixit. Verto me ad te Domine Ieſu Chriſte rogo ſupplex, & aclinis; ſicut per Moyſem famulum tuum dignatus es de petra aquam producere populo ſitienti, ita digneris paruulo meo filio iam morienti alimentum conferre, ob merita tuæ ſanctiſſimæ Paſſionis; & ſic oratione iſta filio Dei emiſſa, ſedit, & feruore charitatis filium ad pectus ſuum admouit, Puer autem palpitans os ſuum poſuit ad Vbera Patris, quæ vbera Nutu Diuino infanti lacte abundabat, & ſic paterno lacte infans rationabiliter nutritus eſt. iamq. iuuenis vitam contemplatiuam ſibi elegit, & tanquam Anacoreta, & totaliter ſeraphicus pugnaturus cum vitijs, & cocupiſcẽtijs in Heremũ ſolitarium ſecurus intrauit. vbi habitauit 30. annos Ieiunijs, abſtinentijs, & orationibus ſtudens. Ideo vexati à ſpiritibus in mundis per iuuocationem nominis Ieſu Chriſti continuò ab eo liberati ſunt, & per ipſa verba cæci illuminati ſunt, ſurdis auditus reditus fuit, Claudis greſſus &c. & adhuc Deus plura miracula per eum operatur. Iacet in Caſtro Fegnæ Camerini Diœceſijs. Hæc pauca quæ de iſto Beato deſuper dixi, omnia ab aliquibus ſcripturis, quæ ſeruantur in Ciuitate Camerta, diligenter coſtruxi. De iſto B. etiam mentionem facit P. Carolus Gaſparrinus in annotationibus M. S. Prouinciæ Marchiæ.

BEATÆ QVÆ EXIERVNT ex hac Prouincia.

108 BEata Bonauentura de Ancona Vid. Tert. floruir circa ann. 1300 cuius vitam ſcripſit B. Corrardus de offida memoratur a Marco Vlyſſip. 2.par. lib. 4. c.24 .§. 2.item lib. 6. c. 30. §. 1. a P. Vuadígho tom. 2 ad ann. 1282.§. 12; & tó.1. ad ann. 1213. §.18; & a P. Arturo 9. Ianuarij; qui ita dicit in annotationibus: Anconæ in Marchia honeſtibus parentibus nata, ab ineunte ætate conſecrata fuit: verùm poſtea matrimonio iniunta, tert. Ord. Pœnitentium S. P. D. Franciſci pro ſua pietate amplexata eſt, magnis virtutibus refulſit, & quam plurimis ſpiritualibus viſitationibus, ac diuinis reuelationibus fuit a Domino conſolata, atq. ingentibus miraculis illuſtrata. Iacet Anconæ

109 B. Baptiſta de Varanis Princepiſſa Camertum Virg. obijt ann. 1500 memoratur a P. Bartholomeo Cimarello in 4. par. Chro. lib.7; & a P. Vuadingho in lib: de ſcriptoribus Religionis, vbi dicit, quod ad eximium perfectionis ſtatum miris modis peruenit, Chriſto familiariter ſæpius colocuta, & admirabilis ab eodi- dicit, & hauſit doctrinas, & obijt magna ſanctitatis oppinione, quod clarum mihi videtur. Nam verba ad Populum faciente B. Petro Moleanenſe, nuncio rebus humanis remiſſo, totam ſe Deo conſecrauit in ſacrarum Virginum collegio ſub titulo Sanctæ Claræ Vrbini erecto. Deinde Camerinum ſe contulit, cænobiumque Sancte Claræ ſub prima Regula à Patre conſtructo, introiuit cum ſex alijs ſororibus. vbi eius ſanctimonia mirificè rituit, quam Deus luculentiorem fecit, quotidianis ſignis, eiuſque lingua putredine ſolaque intacta, quæ in argentea theca in eodem cænobio honorificè ſeruatur, quamvis totum cadauer in oſsa ſit redactum. Iacet Camerini; in monaſterio Sanctæ Claræ.

110 B. Bernardina à Monte Maiore Virg. Tert. floruit ann. 1520 memoratur a Patre Gonzaga part. 3. in. 14 Con: Prouinciæ Carthaginens; & à Patre Arturo 21: Septembris, qui dicit B: Bernardinæ de Monte Maiore Tert. virtutibus glorioſæ. Iacet in Hiſpania in Monaſterio Villæ Nouæ Infantium.

111 B. Eugenia ò felix Virg. memoratur à P. Arturo 20. Decembris, vbi ait, Beatæ Eugeniæ Felicis Virg. Abb. humilitate, charitate, ac ſpiritus feruore celebris. memoratur etiam à Marco Vlyſſip part. 3. ſuper lib. 2. c. 21; qui ita dicit, ſæpè etiam quoddam fulgur cernebatur a facie eius irradiare in ſignum eximimiæ ſanctitatis ſuæ. Iacet Piſauri in Monaſterio Corporis Chriſti.

112 B. Franciſca de Ancona cum 74. Religioſis martyrium ſuſcepit. memoratur a Fidele Onofrio in ſummario Hiſtorico pag. 36.

113 B. Franciſca a Fano, memoratur a P. Vuadingho tom 5. ad ann. 1439. §. 54; & ad ann. 1444. §. 61. Vbi dicit, Franciſca Fanenſis eo die admiſſa ad habitum, quo fœlix Piſaurum peruenit, & P. Arturus 30. Ianuarij dicit multarum virtutum meritis pollens, ſancto fine quieuit; & in annotationibus ſubiungit, Diſcipula extitit B. Fœlicis a Mediolano Virg. primæ Abb. Monaſterij Corporis Domini apud Piſaurum, àqua egregiè edocta, multarum virtutum meritis præclara obdormiuit in Domino. Iacet Piſauri in dicto Monaſterio Corporis Domini:

114 B. Hieremia à Firmo memoratur a P. Arturo, & in Additionibus 25. Aprilis § 39. in Annotationibus dicit, hac die abijt in Cœlum, cùm eſſet nobili genere orta B. Hieremia a Firmo, quæ mirabili pietate, vitæque ſanctitate mundo illuxit, vti copioſè refert Valerius de SS. Fœminis Ord. Min. lib. 2. c. 48. Iacet Firmi in Monaſterio Sanctæ Margaritæ.

115 B. Matthia de Nazaræis a Matelica. memoratur a P. Gonzaga part. 2. in Monas: 10. Prouinciæ Marchiæ. Vbi inter alia dicit, ex Illuſ. Nazaræorum familia propagata; quę cùm nolletà ſuis parentibus cuidam Iuueni matrimonio coniungi; ad ſacrum Diuæ Mariæ Magdalenæ Monaſterium, Clariſſarum habitum indutura, conuolauit; ſed cùm Abb: omninò denegaſſet, proprijs manibus crines totundit, pretioſaſque veſtes abiecit, atque detritas vileſque cinericij coloris induit, & quamuis Pater furibundus verbis efficacibus, & minis, vt propoſitum dereſeret, vſus eſſet, ſed fruſtra, eandem de eius conſenſu Monaſtico habitu induta, clariſſarum votum emiſit; tanta fuit eius ſanctitas, tantaque prudentia; vt defuncta Abb. loci Abb. electa fuerit. De cuius moribus, vita, atque virtutibus, id ſolum dicam, quòd incomparabilis, Deoque Opt: Max. gratiſſima fuit, pro vt argumento eſſe poſſunt, plura eius miracula, tum in Vita, tum quoque in morte edita. nam plurimos claudos rectificauit, Cæcos illuminauit, ſurdiſque optatum auditum reddidit, atque alios, à diuerſis languoribus liberauit. memoratur etiam à P. Arturo 30 Iunij. Iacet Matelicæ in Monaſterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

116 B. Michælina a Piſauro tert. Vid. obijt: ann. 1356. ætatis ſuæ 56: memoratur à Marco Vlyſſip. part. 2. ſuper lib. 9. c. 17; a P. Gonzaga parte prima, a P. Vuadingho tom. 4. ad anu. 1556. §. 23. 24. &c. & à P. Arturo 19. Iuuij Vbi dicit. B. Michælinæ Vid. Tert., quæ nobili & orta proſapia, & multis pœnitentiæ operibus intenta, viuens, & mortua miraculis claruit; & in Annotationibus ſubiungit inter alia, Nobili exorta proſapia Metellorum; Patre Antonio Pardiprogenita, Viro Illuſtri ex Malateſtis; Maritum perdidit an. ætatis ſuæ 20 ac paulò poſt puero etiam vnico, quem habebat, ſe orbatam vidit. Quare facultatibus inpauperes erogatis, habituque tert. Ord. S. P. D. Franciſci ſuſcepto, vitam duxit planè cæleſtem. Nam in laſciuiente ætate Corpus ſeruauit illibatum, ferro, cilicioque præcinta, cathenis ferreis carnem edomabat, humi, vel nuda in tabula cubabat: Orationi flexis genibus tanta aſſiduitate va-

obijt, & ſtatim cœpit clarere miraculis. Iacet Piſauri in Eccleſia Sancti Franciſci.

117 B. Seraphina Columna Vid: Abb. cuidam Alexandro Piſauri olim Domino temporali nupta floruit Piſauri ann. 1463. memoratur à Marco Vlyſſip. 4 part. lib. 6. ſuper ad ann. 1483; à P. Gonzaga part. 2. in Monas: 13. Prouinciæ Marchiæ, à Toſſiniano lib. 2; & à P. Arturo 8. Septembris, vbi dicit. B. Seraphinæ Columnæ Viduæ, quæ Illuſtriſſima nata proſapia habitum Religionis induit; facta Abb: ſanctiſſimè vixit, ac obijt. Iacet Piſauri in Monaſterio Corporis Chriſti.

118 B. B. Trium Sancti Monalium Tertij Ordi: D. Franciſci, Harum ſacra Corpora maxama cum reuerentia cuſtodiuntur apud Monaſterium Sanctæ Mariæ Nouæ in Ancona Vrbe. vbi vitam duxerunt cælicam. circa ann. 1445. vt P. Arturus 15. Februarij, & Pater Gonzaga 2. part. orig. ſeraph. relig. in præfato Monaſterio.

BEATI, SEV BEATÆ,
ex alienis Prouincijs in hac Prouincia Tumulati.

1 BEatus Ambroſius de Milano Laicus memoratur à Marco Viyſſip. part. 3. ſuper lib. 8. c. 30. ad ann. 1505; qui dicit. Dùm adhuc iuuenili eſſet ætate, à Miniſtro Proinciali Marchiæ deputatus fuit Fratrum morbo Epydemiæ laborantium ſeruitio: quod pietatis munus ita lætus ſuſcepit, vt ad illud obeundum præ gaudio, currere videretur, ob obedientiæ meritum, at quinta die aduentus ſui, ipſemet peſtilentia ſublatus eſt: cuius gloria eodem tempore multis eſt reuelata; & P. Arturus 5. Iunij dicit, B. Ambroſij à Lombardia Conf. obedientia, & charitate conſpicui. Iacet Firmi.

2 B. Anaſtaſius de Milano Laicus, memoratur à Bozouio tom: 18. ad ann 1471. §. 36. a Marco Vlyſſip. part. 3. lib. 5. c. 36. ad ann. 1470, & à P. Arturo 7. Ottobris, qui omnes dicunt. Vitam duxit auſteritate plenam; continua oratione, & feruenti charitate pollebat: Tunicam nuſquam induit, ſolo habitu contentus: diſcalciatus ſemper incedebat, nil deferens ad pedes, viliora domus officia tanta ſedulitate exequebatur, vt ab ipſis nuſquam ceſſaret. Senex, oſtiarij curam agebat, ſtrictiſſimum ſeruans ſilentium, non enim, niſi interogatus, loquebatur; ſed & ad quæſita ita affabiliter reſpondebat, vt veluti Angelus Dei reputaretur. Noctes frequenter ducebat inſomnes, incontemplatione accerbiſſimæ Paſſionis Chriſti; deindè Corpus ſuum flagellis vſque ad ſanguinis effuſionem caſtigabat, alta voce recitans deuotiſſimè ſeptem pſalmos pœnitentiales. Sepè à Dæmonio varijs modis, ac formis tentatus eſt, & vexatus: ſed toties de eo victoriam reportauit. Plura edidit miracula: & clarus ſanctitate, quieuit in Domino. Iacet Piſauri.

3 B. Angelus de Spoleto; memoratur a Toſſiniano lib. primo ſuper Piquetum, & à P. Arturo 2. Februarij, qui dicit, quod floruit ſanctitate in Conuentu Camerini. Vbi iacet.

4 B. Cherubinus de Ciuitella, memoratur à Daca 4. part lib. 3. c. 49; & à P. Arturo 12. Maij Vbi ait, Surrenti in Piceno B. Cherubini à Ciuitella martiris: qui Turcarum furori expoſitus iugulum pro Chriſto præbuit; & in Annotationibus ſubiungit. Doctiſſimus erat Prouinciæ Sancti Bernardini alumnus, cum an. 1556. à Turcis captus, crudeli morte pro Chriſto necatus eſt. Iacet Surrenti in Piceno.

5 B. Corradus de Spoleto, memoratur à P. Vuadingho tom 2. ad ann. 1262. §. 9. à Marco Vlyſſip. part. 2. lib 5. c. 27; & a P. Arturo 19. Maij: qui dicunt; quod vnns fuit ex illis, qui vna cum B. B. Corrado de Offida, Petro de Monticulo &c. ſtrenuè decertarunt pro regulari diſciplina; contra quorundam Fratrum laxiorem viuendi modum, & fuit Vir maximæ ſanctitatis, & quod. Iacet in Piceno.

6 B. Ægidius, memoratur à P. Carolo Gaſparrino, in ſuis Annotationibus Prouinciæ Marchiæ, qui dicit, quod, Iacet Brufortis in Piceno.

7 B. Fœlix de Milano Abb. memoratur à Valerio de Sanctis Fœminis Ord. Min. lib. 2. c. 15. à P. Gonzaga 2. part. in Monaſt: 13. Prouinciæ Marchiæ, à Toſſiniano lib. 1. hiſtoriarum Seraph. ad ann. 1445; à Iacobillo de SS. fulgentibus ſub 22. Iulij à Ferrario in ſuo Martyrologio vltima Septembris, & a Marco Vlyſſip. 3. part. Chron. Min. lib. 2. c. 21, qui dicit, Clariſſarum habitum in Sacro Sanctæ Vrſulæ Monaſterio Mediolani induit, inquo 25. annis continuis ſimplicem Monialem ſtrenuè egit. Quæ tanto ſpiritus feruore, ſpiritualibus exercitijs, & mortificationibus Corporis iugiter dedit operam, vt cæteris ſtuporem haud modicum incuteret. Nudis pedibus incedebat, ieiunijs omninò addicta erat: Diſciplinis quotidianis Corpus ſuum edomabat, Cilicium ad carnem deferebat, Orationi ſine intermiſſione vacabat: mandatis Prælatorum prompto animo parebat, eaque omni cum humilitate, ac ſubmiſſione exequebatur. Viliora, infimaque Monaſterij munia ampliori diligentia, & gaudio opere complebat, ſeipſam deſpiciebat, & Corpus ſuum nimia auſteritate tractabat. Sæpè a Dæmonibus varijs tentationibus ac ſpectris, & illuſſionibus exagitata eſt: ſed oratione, ſeu aqua benedicta protinus ea omnia fugabat. His, alijſque virtutibus rutilans, Abb; licet inuita, præficitur. Quod onus per Annos 15. tanta cum humilitate, ac Vitæ optimæ exemplo exercuit: vt illius fama confeſtim per Italiam euolauerit. Cumque Illuſtriſs. Baptiſta Malateſta, eiuſque filia Eliſabetha, Sanctæ Claræ Monaſterium de Corpore Chriſti, Piſauri erigerent, illudque pijs, optimiſque ſororibus inſtructum exoptarent. B. hanc Fœlicem a D. Bernardino Senenſi, tunc Vicario Ordinis noſtri Generali Vl-

24.

tramontano, impetrarunt. Cuius præcepto obſequutura pia Soror Piſaurum ſe tràſtulit: huiſque loci primam Abb. per integrum quadriennium egit, inquo, & præfatæ Illuſtriſs. Eliſabethæ ſanitatem ſuis precibus ſemel à Domino obtinuit; & plurima adhuc ventura, quæ tamen certiſſimè poſtea acciderunt, prophetico ſpiritu prædixit. Quo tandem quadriennio elapſo, ann. 1444. animam Cœlo reddidit, plurimiſque miraculis claruit. Iacet in dicto Monaſterio Corporis Chriſti.

8 B. Franciſcus Cathalanus, memoratur a Toſſinianò lib. 1, a Picqueto, a P. Gonzaga part. prima, a Piſano, a P. Vuadingho tom. 2. ad ann. 1292. §. 25; & tom. 3. ad ann. 1306. §. 24; & à P. Arturo 6. Decembris Vbi dicit, B. Franciſci Cathalani Conf. eximiæ ſanctitatis, & paupertatis viri. Iacet Auximi in Piceno.

9 B. Galterius Piſanus memoratur a P. Vuadingho tom. 2. ad annum 1289. §. 28. Vbi dicit, quod viſitatus fuit a S. P. D. Franciſco, qui miſit B. Ioannem ex Monte Diuæ Mariæ in Caſſiano, vt ad eius mortem aſſiſteret, memoratur etiam a P. Arturo 2 Martij, qui dicit in Annotationibus: apud Marchiam Anconitanam floruit ſanctitate B. Galterius Piſanus, & quod iacet in Piceno.

10 B. Gerardus a Florentia S. Bernardini Senenſis Socius Laicus memoratur a Marco Vlyſſip. 3. part. lib. 8. c. 27; qui dicit, quod obijt ann. 1506. ætatis ſuæ 105. ab ingreſſu verò ordinis 76: & a P. Arturo 15. Iulij, ubi in annotationibus dicit. Habitum Religionis de manu S. Bernardini ſuſcepit, cuius poſteà ſocius fuit: deinde B. Iacobi Picentis cum quo ſenex effectus, iamque præ canitie ambulare non valens, in Prouinciam Marchiæ oblegatus fuit: vt inibi vitæ reliquum pacificè perageret. Erat Vir ſimplex, & humilis: ſuperiorum obedientiæ prôptiſſimè parebat: charitate plenus erat; vilia quæque officia magna cum alacritate exercens. ſæcularium conſortia maximè fugiebat. Fratrum quoque familiaritatem declinabat, tantopere profecerat in cuſtodia, ac mortificatione ſenſuum, vt per 40 ann. ſpatium, quo oſtiarij officium exercuerat: nullius hominis, aut fœminæ nomen ſciuerit, vel perſonam (præter R. P. Guardianum, & Scindicum) viderit, aut cognouerit; patientiæ fuit incredibilis: nam per 30 ann. podagra, & colico dolore grauatus, quantò plus his vexabatur morbis, tantò magis feruenti oratione ſpiritum ſurſum leuabat ad Dominum, cum hymnis, & canticis ſpiritualibus. Diem, & horam ſui obitus præuidit: a cunctis Fratribus veniam erratorum humiliter petens fœliciter migrauit in Cœlum. Iacet in Piceno.

11 B. Iacobus a Canina Laicus, memoratur a Marco Vlyſſip. part. 3. ſuper lib. 4. c. 28. ſub ann. 1460. & a P. Arturo 19. Decembris, qui dicit, quod fuit, oratione, ac pietate inſignis, &, quod iacet Maceratæ in Piceno, vbi deceſſit inter orandum flexis genibus, manibuſque iunctis.

12 B. Iacobus à Mediolano, memoratur a P. Gaſparrino in annotationibus Prouinciæ Marchiæ, qui dicit, quod. Iacet Vrbini.

13 B. Ioannes de Parma memoratur à Bernardino de Baſſa, a Peregrino, a Bononia in Chronica àtiqua, à S. Antonino 3. part. hiſtor. titul. 24 c. 9. §. 5, a P. Vuadingho tom. primo ad ann. 1215. §. 23. ann. 1217. § 17. an 1247. §. 4; & 5. ann. 1249. § 1; & ſeq. ad ann. 1240. §. 1. & 2. Item tom. 2. ad ann. 1256. §. 2, & ſeq. ad ann. 1278. §. 31. ad ann. 1489. §. 26; & 44. a Marco Vlyſſip. part. 2. lib. 1. c. 37. Chron. Minor. à B. Bartholomæo Piſano, a Mariano, à B. Angelo Clareno, a D. Bernardino de Buſtis, a Barezzo, & ab alijs quam plurimis Scriptoribus, qui omnes inter alia dicunt, quod fuit Alumnus Prouin. Bononienſis in Comitijs General. Auinione habitis, communi ſuffragio electus fuit 7. Miniſt. General. totius Ordi; ex lectore Theol. Pariſienſi: cuius electio pacem ordini reſtituit: ordinem vniuerſum tribus primis annis pedeſter viſitauit, vno interdum, duobus ad ſummum contentus ſocijs; vnaque tunica, tam humilis incedebat, vt in multis Conuentibus per plures dies ignotus; vitam, & conuerſationem Fratrum intus, & extra ſecurè, & ſine ſuſpicione exploraret, tum ſe ipſum prodebat, cum nihil minus, quàm Generalem Miniſtrum adeſſe exiſtimarent Fratres. Horas Canonicas, quantumuis ab [redacted] ſæpè laſſus, D. Franciſcum imitatus, erectus, nudoque capite perſoluebat. Nullum admiſit ciborum delectum, ſed nihil in delicijs habens, quicquid primùm offerebatur, cum gratiarum actione, in neceſſariam ſuſtentationem referebat. Nunquam auditus eſt otioſè locutus; vt ſub mortem confeſſus ſit, magis ſilentij, quàm ſermonis, reddendæ rationi obnoxium ſe eſſe. A Sum. Pontif: Innocentio 4. legatus pro reductione Græcorum ad vnitatem Orthodoxæ fidei, in Orientem fuit miſſus ann 1249. Reuerſus autem ab Oriente, non paruo zelo inflammatus eſt pro Reformatione Ordinis, qua de re, multis exoſus factus, accuſatus eſt, ſed falsò, apud Alexandrum 4. videns igitur, quàm parum emendationis, ſeu boni fructus exinde colligeret, decreuit, officiũ renunciare, ſicuti renunciauit, & propè Reatinam Vallem petens, illic, apud arctam Speluncam, maxima cum humilitate, & deuotione, animique puritate demoratus eſt. Tandem, cum ex Nicolai 4. Pont. Maxim: beneplacito, tum ad infideles, prædicandi Euangelij cauſa, tum ad Græcos iterum Orthodoxæ fidei vnitati coniungendos, traiectionem pararet: Caſuque Camerinum applicuiſſet, a pueris, cæteraque plebe, licet ignotus, Sanctus tamen appellari cœpit, & hunc Conuentũ ingreſſus, cùm adhuc benè valeret, coram Fratrum multitudine, ſpiritu prophetico, inſtantem ſibi mortem prædixit, inquiens illud Pſal. Hæc requies mea in ſæculum, &c. quæ, vt prænunciauerat, ſuperuenit, ann. 1289. cum eſſet octogenario maior. Qui illicò magis cœpit coruſcare miraculis: nam mortui quam plures eius meritis ad vitã reuocati, alij à mortis periculo, Mulieres à partu imminente diſcrimine liberatæ; Cæci, Muti, Surdi, Confracti, Aridi, integrè curati: multi in neceſſitatibus varijs mirabiliter exauditi. Iacet Camerini in Eccleſia Sancti Franciſci Patrum Minorum Obſeru.

14 B. Nicolaus Gallus claruit ann: 1495. memoratur à Marco Vlyſſip. part. 3. lib: 7. c. 32. qui dicit, quod Gallus erat natione, & maximus Theologus, nec non Prædicatorum ſui æui diſertiſſimus; qui à Patria procul recedens, vt quietiorem vitam ageret: obijt in Prouincia Marchiæ, vbi piam ſocietatem inijt cum Beato Dominico a' Sancto Seuerino dictus de Lioniſſa; quem in vltima infirmi

mitate ſæpè viſitatione ſua eſt conſolatus. Inibi miram, ſanctitateque olentem, duxit vitæ rationem: optimum quarumcunque virtutum de ſe alijs præberis ſpecimen. Cilicio aſpero ad carnem præcinctus erat, orationi iugiter inſiſtebat, & in Miſſæ Sacrificio copioſum lacrymarum imbrem emittebat. Memoratur etiam a Patre Arturo 20. Februarij; floruit ann: 1495. Iacet in Piceno.

15 B. Paulus a Leuanto memoratur a Marco Vlyſſip: lib. 7. c: 26. ſuper ad ann: 1495. qui dicit, quod obijt in Conuentu Sanctiſſimæ Trinitatis propè Septēpedam, ſiue Sancti Seuerini Oppidum, & quod factus Concionator pluribus extiterit cauſa ſalutis. Moriens autem titulo Sancti Viri inſignitus eſt, ob ingentia miracula ab eo edita, & Pater Arturus 2. Martij dicit, apud Septempedanos in Piceno B. Pauli a Leuanto Confeſſoris, & Concionatoris eximij miraculis clari. Iacet Sancti Seuerini.

16 B. Philippus, cuius Patria neſcitur, memoratur à Patre Arturo 22. Iunij, a' Marco Vlyſſip. part: 2. c: 24. §. 1. ad Annum 1272. à Toſſiniano lib. 1. a Patre Vualdingho tom. 2. ad Annum 1271 §. 8. & 9. qui dicit, forſan hic eſt qui in Caſtro Murri apud Picenum obijt, & a Patre Bartholomæo Piſano lib 1. Confor: fruct: 8. part. 2. in Fratribus Min: Sanctit. Illuſt: Prouinciæ Marchiæ, vbi dicit. Ille autem, qui prædicare debebat, vocabatur Frater Philippus, qui erat de primis Fratribus, qui venerunt in Prouincia Marchiæ de Ancona, qui ſurgens non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute Spiritus Sancti annunciauit verbum Dei, finita prædicatione, Ioannes de Penna fuit ad prædictum Fratrem Philippum dicens, quod ſi placeret ei, ipſum reciperet ad Ordin: eo quod vellet pœnitentiam facere, & Domino Ieſu Chriſto ſeruire. Ille verò cum eſſet Sanctus Homo, & illuminatus à Deo videns in dicto Puero mirabilem innocentiam, & aptitudinem voluntatis, dixit ad eum: venies ad me tali die, in Ciuitatem Recineti, & ego faciam te recipi, &c. Iacet in Piceno.

17 B. Petrus de Florentia memoratur à Marco Vlyſſip: part: 3. lib. 6. c: 38. & a Patre Arturo 25. Septembris, qui dicunt magna ſanctitate floruiſſe apud Conuentum Aſculanum, vbi obijt anno 1481. miraculis ante, & poſt obitum refulgens. Iacet Aſculi.

18 B. Petrus Neapolitanus memoratur a Marco Vlyſſip. 3. part: ſuper lib: 9. c: 47. ſub Anno 1510. vbi dicit Beatus Petrus Confeſſor oriundus erat ex Neapolitano Regno, qui cum Iuuenis eſſet, & pulchritudine, ac totius corporis venuſtate polleret, Deum obnixè eſt precatus, vt ea formoſitate, ob quam incentiua carnis patiebatur, careret; quare Altiſſimus pijs illius votis annuens, tali vlcere faciem eius deturpauit, vt breui naſus corroſus fuerit, aliumque ſibi effingere compulſus ſit. Virtutibus, & miraculis exornatus, diem clauſit extremum in Conuentu Maſſatij Prouinciæ Marchiæ. Memoratur etiam a Patre Arturo 21. Iulij. Iacet Maſſatij.

19 B. Petrus Hiſpanus memoratur à Toſſiniano 2. lib. hiſt. Seraph. a Patre Gonzaga parte prima, ab Arturo 24. Septembris, & a Marco Vlyſſip. parte 3. lib. 6. c. 29; & lib. 8. c. 19; & 29. qui dicit, quod profeſſione fuit Clarenus, & inter cæteros ſuæ Cōgregationis alumnos, maxima pollebat authoritate, vitæque ſanctitate: quare: eorundem confratrum apud Sixtum 4. Pontif. Max. legatione functus, tantopere egit, vt Clareni, pro maiori parte ad Generalis totius ordinis ſeraphici Miniſtri obedientiam redierint ann. 1477 atque ſumpto de ipſiuſmet Sum. Pontif. manibus nouo habitu, quo ipſe, ſuique ſequaces, in poſterum vti deberent, primus Generalis Miniſtri Vicarius a ſuis electus, reliquis, qui ſibi adhæſerunt, viuendi norma effectus eſt. Cui etiam præfatus Papa, Diui Hieronymi Eccleſiam Romæ erectam conceſſit. memoratur etiam a' Patre Gaſparrino, qui dicit, quod iacet Vrbini.

20 B. Simon de Aſſiſio memoratur ab Algezira in Arbore epilogica totius Ord: Franciſ. à Elzeario lib. 2. Sacri Mont. oliuet. c. 5. a Patre Vuadingho tom. primo ad ann. 1210. §. 41. 42; & 43; & ad annum 1244. §. 11. a' Mariano lib. primo c. 6. §. 7; & a' Picqueto in catalag. viror. Illuſ. Fran: à San Antonino 3. parte hiſto: tomo 24. c. 7. §. 12. a Gonzaga prima parte, a Marco Vlyſſip. 1. parte lib. 6. c. 28. 46; & 47. a Toſſiniano lib. primo, a Bartholomæo Piſano lib. primo Confor; & a Patre Arturo 11 Auguſti. vbi dicit, Bruforti in Piceno Beati Simonis ab Aſſiſio Confeſſoris Seraph. P. D. Franciſci diſcipuli, qui iugiter orationi vacans, & continuis meditationibus ad cæleſtia aſpirans, ſæpè extaſim patiebatur, ac demùm ſignis, & virtutibus clarus, ſanctò fine quieuit. Iacet Bruforti ideſt Sancti liberati.

21 B. Syra Tert. memoratur à Marco Vlyſſip; & alijs, qui geſta Beatæ Michælinæ deſcripſerunt. P. Vuadinghus præcipuè ad ann. 1356. §. 23. Vbi de conuerſione, & morte Beatæ Michælinæ loquitur, vt videre eſt, & P. Arturus 31. Decembris dicit Beatæ Syræ Tert. Religione, pietate, & oratione extatica celeberrimæ, & in annotationibus dicit. Hæc eſt illa Religioſiſſima mulier, quæ Syria Italiam petens, Beatam Michælinam Viduam Piſaurenſem ad virtutis, & perfectionis amorem illexit. Nihil: Syræ magis cordi, quam ſuæ hoſpitis ſalus, atque vt beneficium rependeret hoſpitij, frequenter pro ea orabat, vt mundi contemptis illecebris, amorem omnem in Deum transferret. Dùm ita deprecaretur die Pentecoſtes extra ſe rapta, & a terra eleuata, oculis in Deum fixis immobilis hæſit totis horis antemeridianis vſque ad Veſperam, donec Michaelina à prece turbauit, dicens, quare non comedis ſoror, & lætaris hac maxima Pentecoſtes Solemnitate? Paſcha Domini eſt, non licet, ſaltem non decet, triſtari, & corpus macerare ieiunijs. Vis, vt columna immobilis, tot horis rigere, corporis deſpicere neceſſitates? Tempus lugendi, & tempus in Domino guadendi. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Syra ab Oratione violenter auulsa reſpondit. O ſi ſcires, amica hoſpes, donum Dei, & quàm bonum, & iucundum eius interno frui colloquio, me ad hæc externa non reuocares &c. vide Vuadinghum &c. Iacet Piſauri.

RELIGIOSI ILLVSTRES Virtutibus.

1 FRater Alexander à Perticaria Laicus, fuit in oratione aſſiduus, in charitate excellens, in patientia perfectus; ideo à Sereniſſimo Franciſco Maria 2; & vltimo Vrbini Duce ex ore proprio laudatus fuit in bonitate, & ſanctitate, qui obijt Sancti Angeli in Vado. die. 8. Iunij. ann. 1644.

2 V. P. Alexander de Rapagnano fuit Religioſus ſimpliciſſimus, & ſuæ Regulæ obſeuantiſſimus, qui obijt ann. 1600.

3 F. Angelus a Monte Rolo Laicus; paupertatis fuit amantiſſimus, nec non pientiſſimus, qui obijt Vrbini; eratque ſtrict. obſeru: 23. Decembris anno 1641.

4 V. P. Angelus á Sancto Andrea fuit ſanctiſſimæ vitæ, nam a ſæculo ſequeſtratus ſemper extitit, ſuæ regulæ obſeruantiſſimus fuit, in vigilijs, & feriis ſextis toto ſuæ vitæ curriculo ieiunabat, & ferè in Eccleſia orationibus, tùm mentalibus, tùm vocalibus incumbebat. Obijt Recineti 7. Auguſti, anno 163.

5 V. P. Angelus a Mõte Ruberto Æſij in lege Canonica perfectiſſimus, in charitate ſolicitus, & ſui inſtituti zelantiſſimus fuit. Obiit Maceratæ 1590.

6 Fr. Andreas a Bello Monte laicus, obedientia, & charitate prædictus ſemper toto vitæ ſuæ tempore extitit. Obiit Maſſæ, Anno 1596.

7 V. P. Antonius de Fabriano, Beati Franciſci Nepos. toto conatu veſtigia ſui Patrui ſectari curauit, qui floruit Anno 1270.

8 Fr. Antonius Puer, vel Purus in Conuentu Eremitæ extra Fabrianum plurima virtute reſplenduit, cuius fæliciratis inuidens Dæmon, ex alto loco in hortum Fratrum deiecit, mirantes aſſiſtentes, putauerunt illum omnino colliſum, & mortuum, deſcendentes autem vt exanime cadauer efferrent, ſanum, & vegetum inuenerunt: Ann. ignoratur, ſed memoratur a P. Vuadingho ad Annum 1422.

9 V. P. Antonius Faralia de Matelica, qui bis fuit in Hyeruſalem. fuit vir patientiſſimus in omnibus, & ſuæ regulæ obſeruantiſſimus. Obiit Matelicæ 1608.

10 V. P. Antonius de Vrbino Nobili genere natus, defuncta Vxore, & filijs eius, collocauit filias in Monaſterio a ſua Muliere conſtructo, & ipſe Sancti Franciſci habitum recepit, ſub quo in regulari obſer: ſanctiſſimè vixit annis multis, in continuis ieiunijs, & abſtinentijs, prædicans vbique pœnitentiam, ideo obijt cũ ſanctitatis opinione. memoratur à P. Vuadingho ad ann. 1439.

11 V. P. Antonius à Maltignano ſtrict. obſer., tantæ perfectionis apud Deum fuit, vt horam ſui obitus prædixerit, & licet ſanus exiſteret, tamen extremam vnctionem poſtulauerit, acceptaque obijt in Conuentu Caſtri Æmilij 17. Aprilis ann. 1619.

12 Fr. Antonius à Monte Melone Laicus bonitate, & charitate plenus, iacet in Monaſterio Sanctæ Claræ Vrbini. qui obijt ann. 1512.

13 V. P. Antonius à Rotundo Caſtri Saxi ferrati paupertatis fuit amantiſſimus, mira obedient: præditus, & caſtitatem perpetuò illibatam ſeruauit: ideo in morte fuit habitus a Populo, qui cum magno concurſu acceſſerat dilaceratus ob maximam deuotionem in eum habitum, obijt in Conuentu Pacis Saxi ferrati 14; Menſis Auguſti ann. 1639.

14 V. P. Antonius Maria à Sancta Mária Noua Aeſij dum in Valle Lucernæ fidem Chriſti defendebat, cum P. Theodoro a Beluiderio ſtrict. obſer. Præfecto. obijt anno 1640.

15 Fr. Antonius de Sirolo tert. obijt in Conuentu Sancti Antonij Panormi Prouiciæ Siciliæ cum opinione, & ſignis ſanctitatis, & concurſu Populi ann. 1648. ætatis ſuæ ann. 82; & in Religione 42.

16 V. P. Apollonius de Colle Amato Fabriani fuit vitæ exemplaris, & a ſæculo ſequeſtratus, nec non pœnitens in ieiunijs, & diſciplinis, qui obijt Murri Vallium cum magno concurſu Populi propter eius exemplaritatem. Die 27. Martij; ann. 1623.

17 V. P. Angelus à Miratorio Vir exemplariſſimus fuit, & cum fama ſanctitatis euaſit ex hoc ſæculo. IacetMontis. florentini ann. 1577.

18 V. P. Archangelus de Monte Sancto Vir pius obijt in Patria ann. 1510.

19 V. P. Auguſtinus de Monte Barochio cum ſanctitatis opinione obiit Cinguli Die 25. Aprilis. anno 1596.

20 F. Baptiſta de Appignano Laicus ſtrict. obſer. Vir ſummæ charitatis, atque paupertatis; obijt Ciuitatis Nouæ. 13. Septembris ann. 1596.

21 V. P. Baptiſta à S. Geneſio in bonitate, & auſteritate vitæ fuit qualificatus Vir, qui obijt Maſſæ ann. 1588.

22 V. P. Bartholomæus de Monte Cicardo cum ſumma exemplaritate vitæ deceſſit ex hoc ſæculo. ann. 1575.

23 V. P. Baſilius ab Ortazzano ſtrict. obſer. Vir fuit deuotus, exemplaris, pauperrimus, & ſuæ Regulæ obſeruantiſſimus, qui obiit Forani 2- Auguſti. Anno 1653

24 Fr. Bentiuolus de Sancto Seuerino Laicus ſtrict. obſer; fuit Vir pauperrimus, exemplaris, & a ſæculo ſequeſtratus; qui obijt in Patria. 4. Ianuarij an. 1646.

25 V. P. Bernardinus de Monte Diui Pauli ſtrict. obſer. Vir fuit ſuæ Regulæ obſeruãtiſſimus, & ita parcus, quod tantumodo bis in hebdomada cibum capiebat; qui obijt Ciuitatis Nouæ. Die 26. Februarij. ann, 1619.

26 V. P. Bernardinus de San. Geneſio diſciplinis carnem ſuam quotidiè affligebat in memoriam paſſionis Chriſti, & erat ſtrict. obſer.; qui obijt Ciuitatis Nouæ

27 V. P. Bernardinus de Seruigliano Concionator eximius, non ſine opinione sãctitatis obijt anno. 1572

28 V. P. Bonauentura de Monte Barochio cum ſanctitatis ſplendore ex hoc ſæculo euaſit 6. Iulij ann. 1603.

29 V. P. Bonauentura de Monte Labate ſtrict. obſer. cum opinione beatitudinis obiit. Callij. Die 13. Septembris ann. 1622.
30 V. P. Clemens Aſculanus ſtrict. obſer. carnem ſuam edomabat diſciplinis, & cilicio, ideo cum magna opinione ſanctitatis, & concurſu Populi obijt Æſij, in Conuentu Sancti Franciſci Die 26. Auguſti ann. 1616.
31 V. P. Cōſtantinus de Tolentino vixit cum ſanctitatis ſplendore, & obijt an. 1550
32 V. P. Cornelius de Offida diuinis contemplationibus, atque meditationibus aſſuetus erat, & ſuæ Regulæ obſeruantiſſimus, qui obijt Ciuitatis Nouæ anno.
33 V. P. Dominicus de Fabriano B. Franciſci Fabrianenſis Nepos in virtute, & ſanctitate floruit ann. 1270.
34 Fr. Dominicus de Sancto Geneſio ſtrict. obſer. Laicus fuit pauperrimus Religioſus, & ſuæ profeſſionis perfectus; qui obijt Montis Bodij anno.
35 V. P. Euſebius de Tegijs Fabriani fuit vitæ exemplaris, & in orationibus aſſiduus, qui obijt Fabriani. 29 Ianuarij ann 1609.
36 Fr. Fœlix à Colle Amato Fabriani Laicus ex Prouincia Romana quò ad Religionem, fuit Vir ſummè bonus, & perfectus; qui obijt in dicta Prouincia anno.
37 V. P. Franciſcus de Firmignano maximus Theologus, & ſui Inſtituti zelantiſſimus, & obſeruantiſſimus. obijt Montis Barochij Die 23. Martij ann. 1643.
38 Fr. Franciſcus a Portella Laicus Vir ſimplex, & ſuæ profeſſionis obſeruantiſſimus obijt Sancti Angeli in Vado ann. 1600.
39 V. P. Franciſcus a Monte Cicardo fuit Vir a ſæculo ſequeſtratus, & summè exēplaris, ideo cum fama ſanctitatis in Caſtro Podij Diui Marcelli Æſinæ Dioceſis obijt 9. Martij ann. 1616.
40 Fr. Franciſcus a Monte Cicardo Laicus ſtrict. obſer. in oratione aſſiduus fuit, ſæpè ieiunabat in pane, & aqua, & particulariter in vigilijs Deiparæ, & ſolemnitatibus Eccleſiæ, & Religionis, nec non in diebus veneris Martij. obijt Piſauri ann. 1600.
41 V. P. Franciſcus a Monte Brandonum non ſine opinione ſanctitatis huic mundo dixit vale anno.
42 V. P. Franciſcus de Monterone propter bonitatem vitæ cum bona fama euaſit ex hoc ſæculo ann.
43 V. P. Franciſcus a Rapagnano ſtrict. obſer. Vir ſummè exemplaris, & patiens, nec nō obediens. obijt Ciuitatis Nouæ ann. ætatis ſuæ 106. & Chriſti an. 1626.
44 V. P. Franciſcus de Ripa Tranſonum, obijt cum opinione ſanctitatis in Patria an.
45 F. Franciſcus a S. Sixto Laicus maximè taciturnitatis, & obedientiæ Religioſus fuit, qui plenus bonorum operum, in Conuentu S. Franciſci Montis Florentini obijt 7. Decembris ann. 1648.
46 V. P. Franciſcus de Senogallia Religioſus fuit magnæ perfectionis, obijt Murri Vallium 9. Martij ann. 1609.
47 Fr. Franciſcus de Sigillo ſtrict. obſer. Laicus fuit religioſus valdè charitatiuus; obijt Piſauri ann. 1630.
48 V. P. Frāciſcus Vannus de Matelica non ſine opinione ſanctitatis, & cum magno concurſu populi, obijt in Patria ann. 1605.
49 V. P. Gabriel de Monte Cicardo ſtrict. obſer. fuit vir doctus, qui ſæpè in oratione pernoctabat, humi cubabat, vel ſuper nudas tabulas, frequenter ieiunabat etiā in pane, & aqua, cilicium deferebat ad carnem, & catenis ferreis ſe cingebat obijt Senogalliæ Cuſtos Prouincialis ann. 1602.
50 V. P. Gabriel a S. Seuerino ſtrict. obſer. in ætate etiam decrepita ſemper in Eccleſia manebat, cum omnibus affabilis fuit, & paupertatis ita obſeruator, vt in morte nihil haberet, niſi habitū, & Caputium, obijt Æſij 16. Aprilis an. 1614
51 Fr. Guarinus de S. Seuerino ſtrict. obſer. fuit Vir obſeruantiſſimus ſui inſtituti, qui obijt anno.
52 V. P. Petrus Guerrerius de Maſſa Vir doctus, & Cōcionator eximius, dū in Eccleſia Sancti Franciſci Maſſæ concionem ad Populum haberet de Conceptione Virginis, impeditus deuenit ex garritu hirundinum, ſed ſtatim dicto P. obtemperantes obmutuerunt, aliqua prædixit, & euaſit anno. 1572
53 V. P. Hieronymus de Murro Vallium fuit ita pœnitens, vt quotidie ſe affligeret, vſq; ad effuſionē ſāguinis, & erat ſtrict. obſer; qui obijt Ciuitatis Nouæ an. 1599
54 F. Hilarius de Ciuitate Noua Laicus ſtrict. obſer. fuit ſummè charitatiuus, & in oratione aſſiduus, qui obijt ann. 1600.
55 V. P. Iacobus ab Æſio Vir benignus, & pacificus, fuit ſuæ Regulæ zelantiſſimus obſeruator. paupertatem ſummè colebat, nam nihil habebat, niſi habitum, & taſcam cum Caputio, & erat ſtrict. obſer. qui obijt in Patria cum magno concurſu populi ann. 1605.
56 V. P. Iacobus de Frontino in oratione fuit aſſiduus, poſt horas Canonicas ſolitudine gaudebat in Eccleſia, vbi ſemper manebat; denique horam obitus ſui prædicens, euaſit ex hoc ſæculo in Conuentu Montis Florentini ann. 1602.
57 V. P. Iacobus de Tolentino Religioſus fuit ſui inſtituti zelantiſſimus, & obſeruātiſſimus, qui obijt ann.
58 V. P. Ioannes Antonius de Matelica ſtrict. obſer; dum in Miſſione Vallis lucernæ pro fide Chriſti pugnabat, obijt ann. 1641.
59 Fr. Ioannes Baptiſta de Frontino Laicus venerandæ ſenectutis carnem ſuam edomabat orationibus. vigilijs, & abſtinentijs, qui obijt Montis Florentini an.
60 Fr. Ioannes de Monte Bodio Laicus fuit Vir in omnibus virtutibus exercitatus, & præcipuè in caſtitate, ita vt ſuam vitam duxerit cælibem, & erat ſtrict. obſer qui obijt Montis Noui anno. 1640.
61 Fr. Ioannes de Vrbino Laicus Vir deuotiſſimus anno ætatis ſuæ 110. vel 112. ex hac vita deceſſit cum ſanctitatis ſplendore, & erat ſtrict. obſer; qui obijt Senogalliæ anno.
62 V. P. Ioannes de Vrbino, fuit ſuæ Regulæ zelantiſſimus, nec non obſeruantiſſimus, & obijt ann. 1563.
63 Fr. Ioſeph de Calleo Laicus ſtrict. obſer. Vir deuotiſſimus fuit, nam in ieiunijs, flagellis, orationibus ſuum affligebat corpus, illudque laxatum, non niſi ſuper nudas tabulas ſternebat; qui obijt Callei anno.
64 V. P. Ioſeph de Firmo fuit paupertatis amator, nec non ſuæ Regulæ obſeruantiſſimus, obijt anno.

65 Fr. Ioſeph de Offida Laicus Vir zelantiſſimus, & Virgo, cum fama ſummæ perfectionis obijt in Conuentu Lauretano 15. Auguſti anni 1640.

66 Fr. Laurentius de Roccha Contrata Laicus ſtrict. obſer. (dictus Trapaſſus) fuit in abſtinentia præditus, nam non nunquam integros dies, abſque cibo, & potu pertranſibat, qui obijt Romæ in Conuentu S. Franciſci in Tranſtiberim ann. 1622.

67 Fr. Laurentius à S. Vito Laicus in omni tempore erat pientiſſimus, & charitatiuus obijt anno.

68 Fr. Marianus de Aqua Canina Laicus cum fama ſanctitatis, quia zelantiſſimus erat ſui inſtituti obijt Auximi ann. 1498.

69 Fr. Matthæus de Baſſio Laicus ſtrict. obſer. octogenarius fuit Religioſus ſummè pœnitens, qui obiit Piſauri ann. 1614.

70 V. P. Matthæus à Caſtellacia ſui inſtituti fuit obſeruantiſſimus, ideo cum fama perfectionis obiit S. Angeli in Vado ann. 1600.

71 V. P. Mauritius Aſculanus, miraculis clarus obiit Aſculi anno. 1494.

72 V. P. Nicolaus à Cattharo huius Prouinciæ maximus Theologus à ſæculo fuit ſequeſtratus, & vitæ exemplaris; nec non pœnitens, & erat ſtrict. obſer; qui obiit Æſii anno. 1634.

73 V. P. Nicolaus a Monte Brandonum Concionator vtiliſſimus, & ſuæ Regulæ obſeruantiſſimus, ſtrict. obſer. obiit in Conuentu Cryptis anno.

74 V. P. Petrucius de Fabriano B. Franciſci Fabrianenſis Nepos, fuit ſui Patrui æmulator, & ſanctiſſimè obiit Fabriani; qui floruit circa ann. 1275.

75 V. P. Pacificus de Roccha Contrata Vir fuit a ſæculo ſequeſtratus, & a Fratribus, ita vt tantummodo in Eccleſia videretur, vbi ſemper manebat, obiit in Patria in Conuentu S. Martini ann. 1569.

76 V. P. Paulus à Penna Billorum ſui inſtituti obſeruantiſſimus fuit, nec non in caſtigatione ſui corporis rigidiſſimus, qui obiit ann.

77 Fr. Sanctes de Albacina Fabriani Laicus fuit ſui inſtituti zelantiſſimus, & valdè bonus, qui obiit Fabriani 22. Maii anno. 1599.

78 Fr. Sebaſtianus de Coldeluce S. Seuerini ſtrict. obſer Vir patientiſſimus fuit, & pauperrimus, parcus, & caſtus, ideo poſt eius obitum ann. 5. repertus fuit integer, & facie pulchra, obiit octogenarius S. Seuerini ann. 1649.

79 V. P. Theodorus a Beluiderio Æſii ſtrict. obſer. maximus Theol. & Concionator eximius, fuit ſuæ Regulæ obſeruantiſſimus, cui ante mortem apparuit Sanctiſſima Virgo Maria cum cæleſti Curia, obiit Carauaggii in S. Bernardino 27 Septembris anno 1637.

80 V. P. Thomas Collaltus de Calleo ſtrict. obſer. ſuæ Regulæ, & uotorum obſeruantiſſimus fuit, in oratione aſſiduus; ſæpè ieiunabat, carnem ſuam flagellis edomabat, in lecto nunquam cubabat, ſed ſuper tabulas; Denique finem ſuæ vitæ prædicens euaſit ad Dominum in Conuentu Callei ann. 1636.

81 V. P. Thomas à Monte Luponum ob perfectam vitam, quam duxit, in articulo mortis, apparuit eiglorioſiſſima Virgo Maria conſolans eum, obijt S. Elpidei 20. Nouembris ann 1600.

82 Fr. Vincentius de Rocca Contrata Laicus, fuit ſui inſtituti zelantiſſimus paupertate, atque vita conſpicuus, qui obijt iuuenili ætate in Conuentu Laureti & quia opinione ſanctitatis euaſit, fuit eius habitus a pleriſque delaceratus obijt inquam 10 Septembris ann. 1648. Die feſtiuitatis S. Nicolai de Tolètino quem ipſe vnicè diligebat, & adorabat.

MONIALES, ET TERTIARIÆ Inſignes Virtutæ.

1 SOror Anaſtaſia Staula de Vrbino ſanctiſſimè vixit in Monaſterio Sanctæ Claræ Vrbini, ſub prima Regula S. Claræ ann.

2 Soror Angelica de Iardinis, cum fama ſanctitatis obijt in dicto Monaſterio ann. 1615.

3 Soror Bernardina de Fabriano tert. ſicut ſanctiſſimè vixit, ita ſanctiſſimè moritur in Patria.

4 Soror Camilla Algerica de Piſauro tert. cum magna opinione ſanctitatis, euaſit de hoc ſæculo in Patria ann. 1635.

5 Soror Chriſtina Martinetia cum magna opinione ſanctitatis, & concurſu populi, ac aſſiſtentia Eminen: Car: Facchinetti obijt in Monaſterio S. Mariæ Nouæ de Ancona ann. 1653.

6 Soror Clara de Firmo tert. ſicut benè vixit, ita benè moritur. Firmi ann.

7 Soror Conſtantia de Fabriano tert. cum magna fama bonitatis vitæ euaſit in Patria.

8 Soror Eugenia de Vrbino in Monaſterio S. Claræ cum bona fama ſanctitatis obiit ann. 1639.

9 Soror Fœlix de Vrbino in dicto Monaſterio, cum bona opinione bonitatis vitæ euaſit anno.

10 Soror Iuditha Paltrona de Vrbino vitam duxit cælibem in dicto Monaſterio; & obiit anno 1652.

11 Soror Iuſtina de Corinaldo in eodem Monaſterio ſanctiſſimè moritur ann.

12 Soror Lauinia Fernandi ex Cryptis tert. ſanctiſſimè obiit in Patria ann.

13 Soror Liuiana ex Monte de Noue tert. vitam duxit ſanctiſſimam, & prædicens ſui obitus horam euaſit ann.

14 Soror Lætitia de Vanutiis Romana Monialis in Monaſterio S. Claræ Camerini quæ Puella a Ducibus de Varanis illuc introducta, per centum annos vitæ ſanctitate ab omnibus vixit commendata, per reſolutionem remiſſit dentes, S

15 Soror Ludouica Andouina de Vrbino in Monaſterio S. Claræ dictæ Ciuitatis, cum bona fama obiit

16 Soror Maria Iulia de Monte in Triumphis in Monaſterio Sanctæ Mariæ Nouæ Anconæ, ſanctiſſimè vixit, ideo poſt mortem. ann. 14. inuentum fuit eius Cadauer integrum, & caro alba, & odorifera. obiit Anconæ ann, 1641,

17 Soror Paula de Permiculis cum magna exemplaritate, & bonitate vitæ vixit in Monaſterio S. Claræ Vrbini; vbi deceſſit ann. 1653.

18 Soror Olympia de Vrbino tert. celebri fama ſanctitatis obiit Vrbini ann. 1622.

PRINCIPES RELIGIOSI ex hac Prouincia.

1 FRater Guidus de Monte Feltrio, & Vrbini Comes (facto diuortio cum Vxore) authoritate Bonifacij 8. Sum. Ponf. fit Frater Minor in Conuentu Anconæ ann. 1298.

2 Soror Baptiſta Varana Ducis Camerini Filia, ſeu Cognata (vt aliqui dicunt) fuit monialis Clariſſa in Monaſterio Vrbini, & poſtea fundatrix Monaſterij Sanctæ Claræ Camerini ſub prima Regula Sanctæ Claræ à Iulio Cæſare Varano conſtructi 1443.

3 Soror Conſtantia Vrbini Comitiſſa, & Guidi de Monte Feltrio vxor fuit monialis in Monaſterio Sanctæ Claræ Vrbini ann. 1298. vbi vixit annos 8. abſque vlla profeſſione facta.

4 Soror Clara Fedirici Vrbini Ducis Filia fuit monialis Clariſſa in Monaſterio Sanctæ Claræ Vrbini ſub 1. Regula.

5 Soror Eliſabeth Varana Camerini Principiſſa fuit monialis Clariſſa in Monaſterio S. Claræ Camerini.

6 Soror Hieronyma Varana Cemerini Ducis Filia fuit monialis in dicto Monaſterio Camerini, quò cum Sorore Baptiſta ex Monaſterio Vrbini tranſlata fuit

7 N. Filia Iulij Cæſaris Camerini Ducis introducta fuit in Monaſterium Sanctæ Claræ a Patre conſtructum cum ſupradictis ſororibus Baptiſta, & Hieronyma, vbi profeſſionem emiſit anno 1439.

8 Soror Baptiſta Monsfeltria Piſauri Princeps, & Flaminiæ, Galeatij Malateſtæ Illuſtriſs. vxor (defuncto viro ſuo) fit monialis in Monaſterio Sanctæ Luciæ Fulginei anno 1445.

9 Soror Deodata Feltria Principis Franciſci Mariæ Soror, fuit monialis in Monaſterio Sanctæ Claræ Vrbini.

PRINCIPES EX TERTIO ordine ex hac Prouincia

1 ADamus à Monte Feltrio fuit ex Tert. ord.

2 Carolus à Monte Feltrio Comes Rimandiolæ fuit ex tert. ordi. circa annum 1419-

3 Robertus de Malateſtis Piſauri Dominus, fuit ex tert. ordi. an. 1446.

4 Huguccius Fagiolanus Piceni Comes ſepultus fuit cũ habitu minoritico an. 1320

5 Henricus Fagiolanus Flaminiæ Comes ſepultus fuit cum habitu minoritico.

6 Eliſabeth Malateſta Baptiſtæ Monsfeltriæ Filia nupta Petro Gentili Camerini Principi, fuit Tertiaria.

7 Ioanna de Malateſtis Iulij Cæſaris Varani Ducis Camerini vxor fuit Tertiaria, & ſepulta in Eccleſia Cathedrali cum habitu Monaſtico Diui Franciſci ann. 1511.

8 Lauinia de Ruuere Sereniſs. Ducis de Vrbino vltimi Germana, & Marchionis Vaſti, & Piſcariæ vxor, fuit Tert. pietate non minùs, quàm nobilitate inſignis. Mortua ſepeliri voluit in Choro, ſeù Eccleſia interiori Monialium Sanctæ Claræ Vrbini.

9 Liuia de Ruuere Vrbini vltima Duciſſa mortua ſepeliri voluit cum habitu religionis in ſepultura Monialium ĩtra ſepta Monaſterii Corporis Chriſti Piſauri

MONIALES NOBILITATE CLARÆ.

1 SOrores Maria, & Liuia de Ruuere Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Marchionis Hippolyti de Ruuere Filiæ, & Sereniſs. Vrbini vltimæ Duciſſæ Germanæ Sorores adhuc viuunt, & ſecunda fuit Monaſterij Corporis Chriſti Piſauri, in quo ambæ degunt, Abbatiſſa.

2 Sorores Isabella, Victoria, & Iulia de Monte, Filiæ Illuſtriſs. D. Raynerij ex Marchionibus Montis S. Mariæ, & Germanæ Sorores Eminentiſs. Cardinalis de Monte, quarum duæ primæ iuuenes obiere, tertia vero vixit 60 annis, & circi-

58.

ter; bis fuit Monaſterij Abbatiſſa, & clara meritis, magnum ſuæ vitæ relinquens exemplum, in pace quieuit in prædicto Monaſterio Ann. 1604.

3 Sorores Clara, & Franciſca de Monte eiuſdem Eminentiſs. Cardinalis ex Fratre Germano, nempè ex Illuſtriſs. D. Guidobaldo, Neptes, prima obijt an. 1621. ætatis ſuæ ann. 48. ſecunda verò ter fuit Monaſterij Abbatiſſa, maximaque prudentia, ac Religioſitate illud gubernauit, & demum ætatis ſuæ ann. 72. temporalem vitam cum æterna commutauit ann. 1636.

4 Sorores Angela, & Iulia ſimiliter de Monte præfati Eminentiſs. Cardinalis de Monte ex altero Fratre, nimirum Illuſtriſs. D. Federico, Neptes: prima ætatis ſuæ annorum 48. vitam finiuit ann. 1636; altera verò 77. annum agens, adhuc ſuperſtes exiſtit.

5 Soror Cleria Thianea ex Comitibus Thianeis Vicentinis de Familia B. Caietani Thianei Theatinorum Inſtitutoris, fuit Monaſterij Abbatiſ & adhuc viuit.

6 Soror Maura ex Mamianis de Ruuere Illuſtriſs. Comitis S. Angeli Germana Soror adhuc viuit. Hæ omnes ex noſtro Monaſterio Corporis Chriſti Piſauri.

7 Soror Maria de Cherubinis Eminentiſs. Cardinalis Franciſci Cherubini Germana Soror adhuc viuit in Monaſterio S. Claræ Vbini.

8 Soror Petronilla ex Francolinis præfati Eminentiſs. Cherubini ex Germana Sorore Neptis in eodem Monaſterio degit.

9 Soror Catharina de Mazutellis Eminentiſs. Cardinalis de Camerino, ex Germana Sorore Neptis obijt ann. 1654. in Monaſterio S. Claræ Camerini.

10 Soror Dorothea de Octonibus de Matelica, obijt Monialis in dicto Monaſterio.

11 Soror Angela Hippolyta Catharina Eminentiſs. Cardinalis Giorij, ex Patre Germano Neptis, eſt Monialis in Monaſterio S. Claræ Camerini.

12 Soror Pantaſilea de Gallis, Eminentiſs. Cardinalis Galli ex Patre Germano Neptis, eſt Monialis in Monaſterio S. Nicolai de Auximo.

13 Soror Thereſia de Leopardis dicti Eminentiſs. Galli ex Garmana Sorore Neptis, fuit Monialis in dicto Monaſterio.

14 Sorores Hippolyta Thereſia, & Flauia de Giorijs, Eminẽtiſs. Cardinalis Giorii ex Germano Patre Neptes adhuc commorantur in Monaſterio ex tert. ord. S. Eliſabeth Camerini.

15 Duæ Sorores Dorotheæ, duæ Sorores Angelæ, Soror Columba, Raphaella, Cherubina, Catharina, Magdalena, Polonia, Clara, Bartholomæa, Margarita, Seraphina, Ioanna, Angela Maria, & Ioanna Vittori omnes de Illuſtriſs. Familia de Octonibus fuerunt Moniales in Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ in Terra Matelicæ, & vltima adhuc viuit.

16 Soror Maria Iulia de Monte in Triumphis vidua, fuit Monialis in Monaſterio S. Mariæ Nouæ Anconæ.

17 Sorores Franciſca, & Cherubina de Triũphis dictæ Mariæ Iuliæ de Monte Filiæ, adhuc viuunt in dicto Monaſterio, & prima fuit Abbat.

18 Sorores Alexandra, Dionyſia, Franciſca Fœlix, Hieronyma Fœlix, Leonida, Lucia, Maria Eliſabeth, Maximilla, & Plautilla, omnes de Illuſtriſs. Familia ex Marchionibus, ſeu Comitibus Ferrectorum fuerunt Moniales in dicto Monaſterio, vbi aliquæ adhuc viuunt.

TERTIARII SANGVINE Illuſtres.

1 Comes Franciſcus Scala.
2 Comes Aloyſius de Paccaronibus Firmanus.
3 Mariottus de Saianis, qui fundauit Conuen. Podij Vrciani.
4 Pyrrhus Imperiolus Epiſcopus Æſinus.
5 Riccardus Epiſcopus Foriſempronij.

TERTIARIÆ NOBILITATE CLARÆ.

1 Caſandra de Octonibus.
2 Cæſaria de Varanis in Octonibus.
3 Æmilia de Octonibus.
4 Eufragia de Chiauellis.
5 Eliſabeth de Chiauellis.
6 Fauſtina Comitiſſa de Scalis.
7 Lauinia Santinella Comitiſſa Meldulæ Sereniſſimæ Duciſſæ Vrbini maior Domina, adhuc viuit nonagenaria.
8 Magdalena Malaſpina Aſculana Illuſtriſſimi Comitis Aloyſij Paccaronis Firmani Vxor.
9 Michælina ex Metellorum Familia in Malateſtis.
10 Sophia Vrbana nobilis Camerta, quæ Monaſterium Sanctæ Eliſabeth Camerini conſtrui fecit.
11 Victoria de Octonibus.
12 Volumnia de Octonibus

PATRES, SEV FRATRES, ex hac Prouincia, qui fuerunt Miſſionales inter Infideles.

1 BEatus Angelus Clarenus de Cingulo miſſus fuit à Reuerendiſs. Raymundo Gaufrido Generali Miniſtro temp. Nicolai 4. ann. 5. & Chriſti ann. 1290. ad Regem Armeniæ, & tanquam Angelus Cœli ab Armenorum Rege receptus fuit.

2 Fr. Franciſcus Maria de Vrbino Laicus ſtrict. Obſer. adhuc manet in Albania, quò miſſus fuit ex ord. Innocentij 10.

3 P. Franciſcus de Capradoſſo ſtrict. Obſer. miſſus fuit in Tartariã, cum Patre Dominico Thedeſco, ſed propter bella, quæ vertebant inter magnum Cam, & Filium eius, remanſerunt in Ciuitate Arpana per 4. annos, inqua Rex Perſarum ſedem habebat, & poſtea in Europam reuerterunt ann. 1650.

4 P. Franciſcus à Foro Sempronii ſtrict. Obſer. Concionator, adhuc manet in Valle Lucernæ.

5 P. Fulgentius de Æſio Sac. Concionator, & Lector, ex Prouincia Reformata Romana, fuit Præfectus in Tranſyluania, ſub Vrbano VIII.

6 P. Iacobus de Camerino, fuit Cuſtos Vicariæ Tauriſij in Oriente circa annos 1320. tempore Ioannis XXI. anno 4. qui fuit præſens ad Martyrium B. Thomæ de Tolentino, & Sociorum.

7 B. Iacobus de Marchia, ab Æugenio IV. Summo Pontifice deſtinatus fuit Vicarius in Boſna, vt reformationem plene ſtabiliret, & fidem Chriſti in illo Regno languentem, doctrinæ cæleſtis ſpiritu renouaret. PP. etiam Concilij Baſilicenſis plurima ei commiſerunt agenda, & examinanda in illo Regno, alijſque Hungariæ Prouincijs, quæ omnia fauſtè geſſit.

8 P. Iacobus de Sarnano, ex Prouincia Reformata Romana (quò ad Religionem) miſſus fuit in Albaniam, tempore Vrbani VIII. anno 13. & Chriſti anno 1636: vbi Martyrium recepit, anno 1640. vt in ſuo loco diximus.

9 P. Ioannes Andreas a Maſſatio Æſij ſtrict. Obſer. Concionator fuit in Æthiopia temp. Vrbani VIII, & temp. Innocentij X. in Albania.

10 P. Ioannes à Recineto fuit in Valle Lucernæ temp. Vrbani VIII. an. 20. & Chriſti ann. 1643. & eſt ſtrict. Obſer. vbi adhuc viuit

11 P. Ioannes a Sancta Agatha a Nicolao III. anno 1. & Chriſti anno 1278. miſſus fuit ad Abaghã Orientalium Tartarorum Regẽ Legatus, vt Catholicam Fidem in illo Regno diſſeminaret.

12 Fr. Ioſeph à Beluiderio Æſij Laicus fuit in Albania, tempore Innocentij X. & eſt ſtrict. Obſeruantiæ.

13 Fr. Marcellinus de Monte Bodio Laicus fuit in Albania, & eſt ſtrict. Obſeru.

14 P. Marcus de Monte Luponum, à Reuerendiſſimo Raymundo Gaufrido Miniſtro Generali, tempore Nicolai IV. anno 5. & Chriſti anno 1290. miſſus fuit cum B. Angelo Clareno ad Regem Armeniæ.

15 P. Marcus à S. Martino Concionator, & Lector, actù eſt in Valle Lucernæ.

16 B. Nicolaus ab Auximo, ab Eugenio IV. anno 8. & Chriſti anno 1438. miſſus fuit Primicerius locorum Terræ Sanctæ.

17 B. Petrus de Macerata, cum B. Angelo Clareno, tempore Nicolai IV. anno 5. & Chriſti, anno 1290. miſſus fuit ad Regem Armeniæ.

18 B. Raymundus Berengarius, B. Franciſci Fabrianenſis Magiſter, miſſus fuit à S. Bonauentura Generali Miniſtro, ex ordine Gregorij X. Summi Pontificis ad Paleologum Imperatorem Græcorum anno 1272.

19 P. Saluator de Offida ſtrict. Obſeruantiæ, miſſus fuit tempore Vrbani VIII. in Albaniam, vbi ann. 1640. Martyrium recepit, vt diximus pag. 3. init.

20 P. Sanctes de Sartiano ſtrict. Obſeruantiæ Concionator, & Lector, fuit in Valle Lucernæ tempore Vrbani VIII.

21 P. Seuerinus ab Æſio ſtrict. Obſeruantiæ Concionator, actù eſt in Valle Lucernæ.

22 P. Theodorus à Beluiderio Æſij maximus Theol. & Concionator eximius, miſſus fuit, tempore Vrbani VIII. Pontif. Maximi Præfectus in Valle Lucernæ, ann. 9. & Chriſti ann. 1632. cum infraſcriptis Socijs ex hac Prouincia Marchiæ ſtrict. Obſeruantiæ.

23 P. Angelicus de Monte Nouo Lector, & Concionator, & ad præſens Cuſtos Prouin. Reformatæ.

24 P. Antonius Maria de Sancta Maria Noua Æſij.

25 P. Franciſcus Maria de Monte Madio.

26 P. Ioannes Antonius de Matelica Concionator.

27 P. Ioannes Baptiſta à Beluiderio Æſij, Lector, Concion. & eſt actualis Diffin. in hac Prouincia Refor.

28 P. Laurentius de Monte Bodio, ex Prouincia Romana, quò ad Relig.

29 P. Ludouicus de Monte Fano, ex eadem Prouincia, quò ad Relig.

30 F. Andreas à Murro Æſij Laicus.

31 F. Iuniperus de Vrbino Laicus.

32 F. Hieronymus de Caſtro Æmilij, Laicus.

33 P. Thomas da Tolentino cum duodecim Socijs, miſſus fuit in Orientem tempore Bonifacij VIII. ann. 8. & Chriſti ann. 1302.

ORATORES MISSI ad Principes.

1 PAter Antonius á Fano fuit Orator ad Martinum V. Pont. Max. ann. 1403.
2 P. Antonius á Monte Luponum, &
3 P. Thomas a Tolentino fuerunt Oratores ad Pontif; & ad Reges Gallorum, & Angliæ, miſſi a Rege Armeno, vt ſignificarent, quo in miſerabili ſtatu, res ſuæ, & Chriſtianorum barbaræ Saracenorum feritati vndique expoſitæ ſe haberent, & cum tanto feruoris ſpiritu repræſentauerunt, vt miſertus ſit Pont. tantæ calamitatis:
4 Illuſtriſſima Baptiſta Monsfeltria, Piſauri; & Flaminiæ Princeps, Galeatij Malateſtæ Illuſtris vxor fuit, & poſtea Monialis in Monaſterio Sanctæ Luciæ Fulginatenſis, vbi habitum ſuſcepit ann. 1445. Et deinceps Hieronyma nuncupata, vbi deceſſit ann. 1447. Orationem habuit apud Martinum V. Pont. Max; & Sigiſmundum Imperatorem, & multos Cardinales S. R. E.

CONFESSORES Regum.

1 PAter Antonius á Fano fuit Confeſſor Alphonſi Regis Aragoniæ ann. 1430.
2 P. Hieronymus de Tolentino fuit Confeſſor Cæſaris Rodulphi 2. circa ann. 1399; qui per annos 18. rexit Prouincias Boemiæ, Auſtriæ, Sleſiæ, & totius Germaniæ.

CONFESSORES Principum.

1 PAter Alexander á Rocca Contrata fuit Conf. Ducis Mantuæ circa ann. 1630.
2 P. Bartholomæus á S. Georgio fuit Conf. Ducis Vrbini circa ann. 1595.
3 P. Bartholomæus á Sartiano fuit Conf. Illuſtriſs; & Excellentiſs. Duciſſæ Vrbini circa ann.
4 P. Gerardus á S. Georgio fuit Conf. Ducis Vrbini circa ann.
5 P. Hieronymus ab Appignano ſtrict. Obſeruantiæ fuit Conf. Duciſſæ Vrbini circa ann. 1630.
6 P. Ioannes ab Auximo ſtrict. Obſeruantiæ fuit Conf. Duciſſæ Vrbini, & obijt Caſtri Durantis 1628.
7 P. Marcus de Antico fuit Conf. Principis Vrbini circa ann. 1620.
8 P. Metellus Topus de Matelica fuit Conf. Eminentiſs. Cardinalis Vrſini, qui obijt in Patria ann. 1652.
9 P. Lucidus Mancinellus ex Monte Diui Pauli fuit Conf. Illuſtriſs. Caroli Caraffæ Nuncij Apoſtolici apud Cæſaream Maieſtatem.
10 P. Sebaſtianus Oliuerius á Puteolo fuit Conf. Ducis Vrbini circa ann.
11 P. Silueſter á Maciano fuit Conf. Ducis Vrbini, qui obijt Æſij Miniſter Prouin. Reformatorum ann. 1640.
12 P. Simon Sodorinus Aſculanus fuit Conf. Magni Ducis Tuſciæ, & Vrbani VII. Pontif. Max. ann. 1640.
13 P. Thomas ab Auximo fuit Conf. Leonis X. Sum. Pontif; qui obiit ann; 1526.

ECCLESIASTICÆ DIGNITATES.

SVMMI PONTIFICES.

1 NIcolaus IV. Aſculanus, qui Generalis totius Ordinis electus fuit ann. 1274; & poſtea creatus Cardinalis ann. 1278; denique in Pontificatu ann. 1288. 22. Februarij.

CARDINALES S. R. E.

P. Fr. [illegible] a [illegible] Regij [illegible]
Cortis [illegible], an. 1663.
P. [illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible], et [illegible] An. 1663.

1 FRater Gentilis à Monte Florum, creatus tempore Bonifacij VIII. ann. 4. & Chriſti ann. 1298.
2 Fr. Hieronymus Aſculanus, creatus temp. Nicolai III. an. 2. & Chriſti an. 1278.
3 Fr. Ioannes Minius de Murro Vallium, creatus temp. Bonifacii VIII. ann. 8. & Chriſti ann. 1302.
4. Fr. Leonardus de Fano, creatus temp. Vrbani VI. ann. 4. & Chriſti ann. 1382.

ARCHIEPISCOPI.

22

1 FRater Euſtachius de Ancona Archiepiſcopus Neuzactenſis, creatus tempore Clementis VI. ann. 3. & Chriſti ann. 1345.
2 Fr. Ioannes Alumnus Conuentus Montis Luponũ Archiepiſcopus Neupatienſis, creatus temp. Bonifacii IX. ann. 4. & Chriſti ann. 1395.

EPISCOPI.

1 FRater Albertus à Pergula Epiſcopus Bergenſis, creatus temp. Bonifacii IX. ann. 4. & Chriſti ann. 1393.
2 Fr. Antonius de Fabriano Epiſcopus Suacenſis, creatus tempore Eugenii IV. ann. 15. & Chriſti ann. 1446.
3 Fr. Antonius de Malleano Epiſcopus Vernenſis, creatus tempore Bonifacii IX ann. 4. & Chriſti ann. 1393.
4 Fr. Bartholomæus à S. Georgio Epiſcopus Piſaurenſis, creatus tempore Pauli V. ann. 4. & Chriſti ann. 1609.
5 Fr. Beneuenutus de Scotolinis Anconitanus, Epiſcopus Auximanus, creatus tẽpore Vrbani IV. anno 3. & Chriſti anno 1262.
6 Fr. Benignus Aredi Epiſcopus Canauienſis in Statu Veneto, creatus temp. Bonifacii IX. anno 10. & Chriſti anno 1399.
7 Fr. Bonauentura Beneuenutus de Frabriano Epiſcopus Marianenſis, creatus tẽpore Clementis VI. anno 2. & Chriſti anno 1343.
8 Fr. Carolus de Matelica Epiſcopus Balneo Regenſis, creatus tempore Eugenii IV. anno 14. & Chriſti anno 1445.
9 Fr. Creſcentius ab Æſio Epiſcopus electus Aſſiſij tempore Innocentii IV. ann. 4. & Chriſti ann. 1247.
10 Fr. Cruſſetus de Monte Diui Petri Epiſcopus Inſulanus tempore Eugenij IV. an. 6. & Chriſti ann. 1437.
11 Fr. Franciſcus Aſculanus Epiſcopus Aſculanus, creatus tempore Ioannis XXI. ann. 5. & Chriſti anno 1321.
12 Fr. Gadagnus de Maiolo Epiſcopus Ceruienſis, creatus tempore Clementis VI. anno primo, & Chriſti anno 1392.
13 Fr. Gaſpar de Gulphis à Pergula Epiſcopus Callienſis, creatus tempore Aleſſandri VI. anno 2. & Chriſti anno 1493.
14 Fr. Gerardinus N. Picens, Epiſcopus Humanatenſis, creatus tempore Nicolai IV. anno 2. & Chriſti anno 1239.
15 Fr. Gerardus N. Picens Epiſcopus Ciuitatenſis in Sardinea, electus tempore Innocentij VI. anno 2. & Chriſti anno 1353.
16 Fr. Iacobus de Ancona Epiſcopus Martuanenſis, creatus tempore &c. memoratur ab Illuſtriſs. Gonzagha.
17 Fr. Iacobus de Cingulo Epiſcopus Firmanus, creatus tempore Clementis VI. anno 3. & Chriſti anno 1345.
18 Fr. Ioannes de Ancona Epiſcopus Senogallienſis, creatus tempore Ioannis XXI. anno 12. & Chriſti anno 1328. ſeu tempore Benedicti XII. ad ann. 1337.
19 Fr. Ioannes Cecchi Offidanus Epiſcopus Nicopolenſis, creatus tempore Bonifacij IX. anno 7. & Chriſti anno 1397.
20 Fr. Ioannes Henricus de Fano Epiſcopus Fanenſis, creatus tempore Eugenij IV anno 13. & Chriſti anno 1445.
21 Fr. Ioannes Maculinus de Fano Epiſcopus Nucerinus in Vmbria, creatus tempore Eugenij IV. anno 12. & Chriſti anno 1444.
22 Fr. Ioannes de Monte Sancto Epiſcopus Albienſis, creatus tempore Clementis VI. anno 7. & Chriſti anno 1399.
23 Fr. Ioannes de Rocca Contrata Epiſcopus Bethlemiticus, creatus tempore Martini V. anno 12. & Chriſti anno 1419.
24 Fr. Lamfrancus de Calamontis Epiſcopus Anconitanus, creatus tempore Clementis VI. anno 6. & Chriſti anno 1348.
25 Fr. Leonardus Aſculanus Epiſcopus Eugubinus, creatus tempore Clementis IV. anno 2. & Chriſti anno 1266.
26 Fr. Leonardus de Rubertis Anconitanus Epiſcopus Recopulanus in Regno Neapolitano, creatus temp. Bonifacii IX. anno 14. & Chriſti anno 1403.
27 Fr. Ludouicus Firmanus Epiſcopus Caſtinienſis, creatus tempore Vrbani V. an. 5. & Chriſti anno 1368.
28 Fr. Lucas Mudatius Epiſcopus Carpalenſis in Statu Veneto, creatus tempore Eugenij IV. anno 3. & Chriſti anno 1434.
29 Fr. Lucas de Rocca Contrata Epiſcopus Policaſtrenſis in Regno Neapolitano, creatus tempore Bonifacii IX. anno 3. & Chriſti anno 1392.
30 Fr. Manens Franciſci de Fabriano Epiſcopus Montis Maranæ, creatus tempore Clementis VI. anno 4. & Chriſti anno 1346.
31 Fr. Matthæus Fabrianenſis Epiſcopus Eugubinus, creatus tempore Bonifacij Noni anno 12. & Chriſti anno 1401.
32 Fr. Maurus de Calleo Epiſcopus Amelienſis, creatus tempore Nicolai III. anno

3, & Chriſti anno 1280.

33 Fr. Nicolaus a Caſtello Epiſcopus Aximanus, creatus tempore Martini V. anno 5, & Chriſti anno 1422.

34 Fr. Nicolaus de Vngaris Nobilis Anconitanus, creatus tempore Bonifacij VIII. anno 5, & Chriſti anno 1299.

35 Fr. Petrus N........ Epiſcopus Humanatenſis, creatũs tempore Ioannis XXI. anno 7, & Chriſti anno 1323.

36 Fr. Petrus de Macerata Epiſcopus Maceratenſis, creatus tempore Ioannis XXI. anno 7, & Chriſti anno 1325.

37 Fr. Ricardus à Foroſempronii Tert. creatus Epiſcopus Foroſempronienſis temp. Benedicti X. anno primo, & Chriſti anno 1304.

38 Fr. Regerius de Tudinis à Calleo Epiſcopus Bouinenſis, creatus tempore Ioannis XXI. anno 13, & Chriſti anno. 1519.

39 Fr. Sinibaldus Auximanus Epiſcopus Auximanus, creatus tempore Ioannis XXI. anno 10, & Chriſti anno 1326.

NVNCII, SEV LEGATI APOSTOLICI.

1 PAter Antonius a Monte Falconum Legatus tempore Nicolai V. anno 7. ad pacificandos Aprutinos, & ad grauia negotia peragenda deſtinatus fuit ann. 1453.

2 P. Baptiſta de Saxo Ferrato Nuncius Apoſtolicus, & Collector Sedis Apoſtolicæ tempore Pij II. ann. 6. in Vrbe, & toto Lucenſi Dominio, ann. 1464.

3 P. Conradus Aſculanus Legatus tempore Nicolai III. ad Regem Gallum, & Hiſpanum hoſtiliter vtrinque pugnantes miſſus fuit ann. 1280.

4 P. Gentilis a Monte Florum a Clemente V. miſſus fuit Legatus in Vngaria anno 1308.

5 P. Hieronymus Aſculanus à Nicolao III miſſus fuit Legatus ad Reges Hiſpaniæ, & Galliæ, & ad Imperatorem ann. 1280.

6 B. Iacobus de Marchia ab Eugenio Quarto miſſus fuit Legatus ad Vngaros ann. 1438, & ad Patriarcham Aquilonenſem 1443.

7 P. Ioannes Minius a Murro Vallium à Bonifacio Octauo miſſus fuit Legatus ad Regem Gallum pro compoſcendis bellorum tumultibus inter Gallum, Anglum, alioſque Principes exortis: in his alijſque ſibi commiſſis grauioribus negotijs ita prudenter, & laudabiliter ſe geſſit, vt ab ipſo Pontifice ad Cardinalatus dignitatem poſtea fuerit promotus: miſſus fuit in dicta legatione ann. 1298. & promotus ad Cardinalatum ann. 1302.

8 P. Thomas de Auximo fuit Legatus Apoſtolicus tempore Leonis X. S. Pontif.

9 P. Thomas de Tolentino, &

10 P. Marcus de Monte Luponum) miſſi fuerunt Nuncij Apoſtolici ad Reges Galliæ, & Angliæ tempore Nicolai IV. ann. 1292.

PRÆDICATORES APOSTOLICI.

1 PAter Andreas ab Vrciano maximus Theologus, & Concionator eximius temp. Pauli V. circa ann. 12. & Chriſti ann. 1617. Iſte fuit SS. Conceptionis acerrimus propugnator, & aliqua edidit, vt ſuo loco dicemus. obijt Venetijs anno. 1633.

2 P. Franciſcus de Ripantibus ab Æſio, temp. Clementis VII. circa ann. Chriſti 1530, qui poſtea tranſiuit ad Patres Capuccinos, vbi deceſſit anno 1549. & fuit Vicarius Generalis illius Congregationis.

3 B. Iacobus à Monte Brandonum dictus de Marchia, temp. Eugenij Quarti ann. 6, & Chriſti anno 1439.

4 P. Ioannes Baptiſta à Piſauro temp. Sixti V. circa ann. Chriſti 1588. & fundauit Religionem P. P. Reformatorum Conuentualium.

5 B. Nicolaus Auximanus temp. Eugenij Quarti anno 9, & Chriſti anno 1439.

POENITENTIARII APOSTOLICI.

1 PAter Bernardinus de Fabriano fuit Pœnitentiarius Lateranenſis Romæ, vbi obijt in Officio anno 1599.

2 P. Bernardinus de Sancto Leone obijt Romæ Pœnitẽtiarius Lateranenſis an. 1587

3 P. Franciſcus Riccius de Cryptis fuit Pœnitentiarius Lateranenſis, qui ann. 1605. obiit Romæ.

5 B. Iacobus de Marchia habuit poteſtatem ab Eugenio IV. abſoluendi à Reſeruatis, & cummunicandi ſuam authoritatem alijs etiam extra Ordinem. circa ann. 1435.

6 P. Marcus de Anticho, fuit Pœnitentiarius, & Præſidens Lateranenſis an. 1613.

7 P. Nicolaus ab Appignano fuit Pœnitentiarius Lateranenſis tempore Pij V. & obijt Forani ann. 1585.

8 P. Pacificus à Portella fuit Pœnitentiarius Lateranenſis, circa ann. 1614. & obijt Aſculi an. 1634. & fuit Prouinciæ Diffinitor, & Cuſtos PP. Reformatorū

9 P. Petrus Bellocchius de Ancona, eſt actualis Pœnitentiarius Lateranenſis ſtrict. Obſeruantiæ.

10 P. Petrus de Saxo Ferrato fuit Pœnitentiarius in Vrbe tempore Benedicti XII. ann. 7, & Chriſti ann. 1341.

11 P. Stephanus de Maſſa fuit Pœnitentiarius Lateranenſis circa annum.

12 P. Philippus à Murro Æſij ſtrict. Obſer. fuit Pœnitentiarius Lateranenſis circa ann. 1617. & obijt in Conuent. Montis Bodij ann. 1631, fuit etiam Prouin. Diffinitor, nec non Guard. electus Hieruſalem, & Cuſtos Reformatorum.

13 P. Simon Aſculanus fuit Pœnitentiarius Lateranenſis circa ann. ..... qui obijt Tuſciæ Conf. Mag. Ducis ann. 1604.

14 P. Thomas à Maſſa fuit Pœnitentiarius Lateranenſis circa ann. 1612. qui obijt Anconæ 22. Martij ann. 1644.

PATRES,
qui fuerunt Inquiſitores ex hac Prouincia.

1 PAter Alexander de Fano fuit Commiſs. cont. vſurariā prauitatē in Pedemōtio, & Liguria, temp. Sixti Quarti Sum. Pontif. ann. 1, & Chriſti an. 1472.

2 P. Antonius Martinus à Monte Barochio fuit Inquiſitor in partibus Senarum tempore Eugenij Quarti ann. 7, & Chriſti ann. 1437.

3 P. Antonius de Tolentino fuit Inquiſitor in Iſtria tempore Eugenij Quarti circa ann. Chriſti 1432.

4 P. Bartholomæus Fanenſis fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana tempore Bonifacij Noni ann. 13, & Chriſti ann. 1402: Hic fuit Vir literis, virtutibus, & diſciplina regulari inſignis.

5 P. Bartholomæus de Tolentino fuit Inquiſitor Vrbini Maſſæ Trebariæ, & inter Feretranos tempore Eugenij Quarti circa ann. Chriſti 1433

6 P. Bernardus de Ancona fuit Inquiſitor in Piceno tempore Gregorij XI. an. 6, & Chriſti ann. 1376.

7 P. Dominicus a Sancta Agatha fuit Inqiſitor in Prouincia Æmiliæ tempore.

8 P. Franciſcus de Fabriano fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana, in Ciuitate Vrbini, & eius Diœceſi, & Montis Feltrij, tempore Innocentij Seſti, anno 7. & Chriſti ann. 1359.

9 P. Franciſcus de Monte Granario fuit Inquiſitor in Diœceſi Adrianeſi, tempore.

10 P. Iacobus Aſculanus fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana, tempore Caliſti Tertij, anno primo, & Chriſti anno 1451.

11 P. Iacobus de Fabriano fuit Inquiſitor Apoſtolicus in Marchia Anconitana, temp. Ioannis XXI. anno 3. & 4. & Chriſti, ann. 1319 vt præcederet ſimul cum Nicolao Epiſcopo Anconitano, contra quosdam Hæreticos Recineti, & Auximanæ Ciuitatis, & contra Federicum de Monte Feretro, in diuerſis articulis Hæreſum, & Idolatriæ labe ſuſpectum.

12 B. Iacobus à Monte Brandonum dictus de Marchia fuit Inquiſitor contra Fraticellos, tempore Martini V. anno 9. & Chriſti ann: 1426. in Regno Vngariæ, & Auſtriæ contra hæreticam prauitatem, tempore Eugenij IV. ann: 6. & Chriſti ann: 1436. & data fuit ei poteſtas Inquiſitores deputandi, anno 1437. & anno 1438. & tempore Eugenij IV. remiſſus fuit in partibus Regnorum Vngariæ, & Boſnæ, & locis confinibus, & contra Fraticellos denuò, anno 1441. & 1449.

13 P. Iacobus de Tolentino fuit Inquiſitor Venetijs, & in Marchia Taruiſina, tempore Eugenij IV. circa annos 1435.

14 P. Ioannes de Ancona fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana, tempore Ioannis XXI. ann 8. & 9. & Chriſti ann. 1324. qui vna cum Patre Seruo Deo de Penna Sancti Ioannis, authoritatem habuit, vt plurimos Rebelles capita factionum ab eorum prædeceſſore Patre Laurentio de Mondaino, tamquam Hæreticos, & Idolatras condemnatos à Ciuitate Vrbinatenſe, & Comitatu eiusdem, à Terris Sāctæ Agathæ Maſſæ Trebariæ, comitatus Montis Feretri, pelli curarent, nec vllo loco conſiſtere paterentur, donec caperentur, vel ad gratiam Apoſtolicæ Sedis humiliter redirent.

15 P. Ioannes Minius de Murro Vallium, fuit Magiſter Sacri Palatij, tempore Nicolai IV. circa annos 1290.

16 P. Laurentius de Ancona fuit Inquiſitor in Prouincia Marchiæ, tempore Ioannis XXI. ann. 17. & 18. & Chriſti 1333.

17 P. Laurentius de Mondayno fuit Inquiſitor Apoſtolicus in Marchia Anconitana, tempore Ioannis XXI. ann. 3. & 4. & Chriſti ann. 1319.

18 P. Nicolaus de Offida fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana, tempore Ioannis XXI, ann. 17. & 18. & Chriſti 1333.

19 P. Nicolaus de Sarnano fuit Inquiſitor in Piceno, ab Vrbini Ciuitate, vſque ad Aſculanam, tempore Innocentij Septimi. anno 1. & 2. & Chriſti anno 1405.

20 P. Pacificus de Monte Granario fuit Inquiſitor in Diœceſi Adrianeſi, anno.

21 P. Petrus de Penna Sancti Ioannis fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana, temp. Clementis Sexti. Ann. 2. & 3. & Chriſti ann. 1344.

22 P. Petrus de Tolentino fuit Inquiſitor in Iſtria, tēp. Eugenij IV. circa ann. 1446.

23 P. Raymundus de Fallerone fuit Inquiſitor in Marchia Anconitana, tempore

Pag. 49. 25

*I*oannis XX*I*. ann. *17*. & Chriſti, ann. *1333*.

24 P. Seruus Dei de Penna Sancti *I*oannis fuit *I*nquiſitor in Marchia Anconitana cũ Fratre *I*oanne de Ancona, vt ſupra diximus. *(forte pag. 47. n. 22.)*

PATRES, qui fuerunt Officiales Cõſtantinopolitani, & Terræ S. ex hac Prouincia deſuper non nominati.

1 PAter Angelus à Monte Madio fuit Vicarius Terræ Sanctæ.

2 P. Cherubinus de Cherubinis de Macerata, fuit Guard. Conſtantinopolitanus electus in Capitulo Generali Romano ann. *1603*: qui obijt ibidem in Officio ann. *1604*.

3 P. Clemens à Monte Barochio, fuit Guard. Conſtantinopolitanus, qui obijt in Prouincia Corſicæ ann. *1593*.

4 P. Ioannes Bap iſta a Monte Barochio, fuit Guard. Conſtantinopolitanus an. *1615*. & Vicarius Patriarchalis vbi Martyrium recepit, vt ſuo loco diximus.

5 P. Marcellinus ab Anticho, fuit Guardianus Conſtantinopolitanus ann. *16*.

OFFICIA RELIGIONIS.

GENERALES.

1 REuerendiſſimus P. Creſcentius ab Æſio, venerabilis ſenex, homo iuſtus, & diſciplinæ zelo probatus, electus fuit Generalis in Capitulo Ianuenſi ann. *1245*. tempore *I*nnocentij IV. Pontificis Maximi ann. *2*. & gubernauit annos tres, vel circiter.

2 Reuerendiſſimus Pr. Ioannes Minius à Murro Vallium, Vir prudens, & doctus, electus fuit Generalis anno *1296*. Præſidente in Capitulo Anagniæ in Prouincia *R*omana Bonifacio Octauo Summo Pontifice, qui gubernauit ann. 8.

